

Johann Heinrich Kleinschmidt

**Exercitatio Iuridica Exhibens Analysin §. Si praefatam. IV. & §. in computatione IX. I. scimus ult. C. de Iur. delib. : In qua continetur Constitutio Imperat. Iustiniani de Beneficio Inventarii A. ad Senatum. Data Constantinopoli post Consulatum Lampadii & Orestis W. CC. 531.**

Marpurgi Cattorum: Kürsnerus, 1680

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn786435275>

Druck Freier  Zugang





V. K. — 2 (78.)

1. Philippi de delegatione.
2. Carpzow de jure fisci circa bona ob defraudatum falsa professione  
cenarum in commissum cadentia.
3. Carpzow de restitutione in integrum minorum.
4. Schwendendorfer jus noctis.
5. Idem de jure circa pecudes.
6. Idem de jurisdictione feudali dominica.
7. Idem de exceptione.
8. Bastineller de denunciatione civili, canonica et evangelica.
9. Nicolai de jure terminorum et finium.
10. Reinmann de retrovendendo pactum.
11. Leickherr de eo quod interest.
12. Geiger de eo quod iustum est circa redemptionem annui redditus.
13. Teator de usurpationibus.
14. Lincxen de juris Justiniani receptione et auctoritate in Germania.  
P. 1. et 2.
15. Gottschalck de matrimonio illicito.
16. Wippermann de commentariis.
18. Poppel de fructibus.
19. F. Gerder de mutuo civitatum.
20. Friedlieb de jure revocandi feuda sine consensu quorum interest alienati.
21. Papor. elementum aquae.
22. Klein Schmidt de beneficio inventarii.
23. Woltermann de constitutionibus principum.
24. Holtermann de nequitia advocatorum
25. de receptu rerum. Dyher.
26. Frommann de ficta seu quasi traditione.
27. Stendorff de officio judicis.
28. Breit sprach de protractione et abbreviatione litis.
29. Rachel de justitia universali.
30. Idem de jurisprudentia.
31. Faloxner jura conviviorum.
32. Idem de sub et obreptione.

33. Martini de antichresi.
34. Wedderkopp de moratoria praescriptione.
35. Struv de dedicatione templorum et altarium.
36. Finck de iudicio peritorum.
37. Mühlppfort de aestimatione in genere et in specie de iusta.
38. Strausf de privatione legitimae.
39. Lederer de iure cursum publicorum.
40. Naevius de gerada Saxonica.
41. Schulz de aneclogistis.
42. Petr. Müller de constituto posesorio.
43. A. Beier de reciproco conventionali. Nova Harsfulruff.
44. Reyer de intervallo e iur. iuribus.
45. G. Engelbrecht de culpa.
46. P. Müller de securitate metuentium.
47. Rhadius de dubitante.
48. Schulzen de commodo propter tertium.
49. Schulzen de conditione iurjurandi.
50. Schubart de ludis equestribus. Epiruvino.

EXERCITATIO JURIDICA

Exhibens

ANALYSIN

*S. Si praefatam IV. & S. in computa-  
tione IX. l. scimus ult. C. de Fur. delib.*

In qua continetur

Constitutio Imperat. Justiniani de Be-  
neficio Inventarii A. ad Senatum. Data Constanti-  
nopoli post Consulatum Lampadii & Orestis

VV. CC. 531.

Quam

D. O. M. A.

SUFFRAGANTE DECRETO AC AUCTORITATE  
*Magnifici, Amplissimi, Nobilissimi, ac Consultissimi*

CTORUM SENATUS IN ILLUSTRIS AC  
CELEBERRIMIS CATTORUM WILHELMIANA,  
*Doctoralium in Pontificio Casareoq; Jure Immuni-  
tatum & Insignium promerendorum gratia.*

publicè tueri admitteretur

JOHANNES HENRICVS KLEINSCHMID,  
Marburgensis.

*Ad diem lunis horis locisq; praestituis*

MARPURGI CATTORUM,

Typis JOH. JODOCI KÜRSNERI, Acad. Typogr.  
ANNO M DC LXXX.

EXERCITATIO JURIDICA  
D. O. M.

Specimen hoc Academicum  
Suscipientis Proposito  
Felix Faustumque esse jubeat.

*Quod*

D. D. D.

Summo cuique

Bonarum Literarum,

Literatorumq;

MOECENATI

atque

PATRONO.



In Nomine Domini Nostri Jesu-Christi.

L. B. S. D.



Nullum est dictum quod non dictum sit prius. Hoc materiam ex Jure Justiniano elaboraturus sibi cum Poëta *Praefamen* in memoriam revocans, idem etiam sibi cum eo incumbere officium putavit: ut & ipse præprimis se convertat ad LL.BB. obnixè rogitans, ut *Terentio in Eunuchio.* æquum judicent cognoscere atque ignoscere, si & ipse quod alii factitarunt faciat: & quoniam nulli nato præclusa est via aliquid inventi adjicere: pernoscant quod minus idoneum illis proposuerit opus.

In hâc itaque exercitatione theorica, ut quibus illa quæ didicimus ad usum, jus sc. rectè intelligendum firmitusq; menti imprimendum; accommodare conamur: Speciminis loco ad honores in utroque Jure obtinendos, præmittenda; uni ejus in genere speciei, disputationi nimirum alteram jungendo: ad verum sensum atque intellectum *l. ult. C. d. jur. delib.* operam suam contulit. Cùm autem textus *d. l.* sit longior, ita ut hõc opere commodè explicari nequeat, ipsi tamen frequens ejus usus, & jam brevitatis studium placeat: hâc vice solummodò *de §.* ejus *4. & 9.* dicetur. Præmissis itaq; Sectione primâ atque alterâ *d. l.* in genere præcognitis, ipsisque *dd. §§* textibus; explicationem ipsam tractatione magis methodicâ sequentibus Sectionibus tradet. Quæ si cognoverimus, cætera quoq; quæ in hâc constitutione continètur, intelligemus.



*Præcogni-  
ta hujus  
legis in ge-  
nere.*

Divus Justinianus Imperator noster, cum varias, antecessores imitatus suos, de hæreditatum acquisitione promulgasset constitutiones; quibus tamen non omnes, quæ sæpè denud suboriebantur difficultates, rejectæ essent: multi siquidem, aut ob vitium, aut ob defunctorum infelicitatem atque fortunam, debitorum Mæandris involuti, omnium facultatum naufragium non raro adhuc miserè faciebant *d.l.pr.* Ne autem Princeps integerrimus aliquid imperfecti sanxisse videatur: *arg. l.ii. C. d. his q. ut indign: hered. §. ult. l. d. his q. sui vel alien.* curam eò intendit suam, ut indistinctè omnes sine dubitatione & metu dispendii hæreditates sibi delatas, certo tramite acquisitas haberent. Idèd hâc constitutione ad Senatûm Romanum emissâ exposuit, quo pacto quilibet hæreditates sibi obvénientes beneficio solenniter confecti inventarii absque ullo incommodo capere ac possidere posset: plus æquo tamen formi dolosis, *b. l. ult. pr. §. 13.* vel etiam iis, quorum interest latere vires hæreditatis; veteri hodieque supervacuo deliberationis gravamini, si maluerint, se supponendi licentiâ. Quia autem ex divisione atque distinctione quæstionum negotium fit clarius *arg. c. super literis 20. de rescript.* & divisa sive distincta melius intelliguntur *arg. l. i. pr. de dol. mal. except. vid. gloss. eod. junct. §. sed non usque 3. 7. d. legat.* & uti notat *gloss. ad §. igitur 4. l. in præm.* Quòd partitio sive divisio rerum operetur: animum sc. legentis incitet: mentem intelligentis præparet: memoriam artificiosè reformet. Idèd præmissa dilucidius expedituri, ad partitionem sive divisionem ipsius Constitutionis manum statim admovebimus.

*Partitio  
Constitu-  
tionis.*

Ejus enim pars alia est externa alia interna: Illa est Antecedens vel Consequens: Antecedens iterum est vel Absoluta vel Respectiva ordine ad Inventarium, & est Exordium in *pr.* Illa est ipsa legis inscriptio. Consequens est hujus legis Epilogus, qui traditur §. f. Pars interna continet ipsum objectum de quo lex lata; quod vel Principale vel Minus principale: hoc est jus deliberandi de quo §. 13. & 14. Objectum principale est Inventarium, de quo agitur à §. 2. usque ad §. 13. exclusivè. In eo verò consideranda Materia, Forma, Finis atque Effectus; qui sunt varii, omnes tamen fluunt ex communi fundamento sive principio; quòd hæres Inventarium præfato modo conficiens.

ficiens nullum damnum incurrere debeat, de quo principaliter agitur §. 4. & 9.

## II.

Summa nostrorum textuum in hoc consistit: quòd hæres, qui *Summa* solenniter conficit inventarium ultra vires hæreditatis non teneatur, & *textum*. Falcidia utatur, & satisfacere possit legatariis & creditoribus qui prius venerint, licet aliis posteriores in tempore fuerint. Expensas etiam testamenti vel Inventarii & aliarum causarum necessariorum gratiâ factas ante omnia deducere: quodque ipsi hæredi à defuncto debetur concurrento cum aliis creditoribus consequi queat. Quod pluribus ex subjectis textibus patebit.

## §. 4.

*Et si præfatam observationem inventarii faciendi solida verint: hereditatem sine periculo habeant; & legis Falcidiæ adversus legatarios utantur beneficio: ut in tantum hereditariis creditoribus teneantur, in quantum res substantiæ ad eos de voluta valeant: & eis satisfaciant qui primi venerint creditores: & si nihil relinquum est, posteriores venientes repellantur: & nihil ex sua substantia penitus hæredes amittant: ne dum lucrum facere sperant, in damnum incidant. Sed & si legatarii interea veniant: eis satisfaciant ex hereditate defuncti, vel ex ipsis rebus, vel ex earum forsitan venditione.*

[ *Solida verint* ] i. e. in solidam observaverint l. 41. C. de transact. *Analys:* *uti Gloss. h. t. (uz)* consecutivè veluti l. 11. C. de Episc. & Cler. [ *sub. Philologin:* *scritia* ] bonorum, facultatum l. 51. de per. hered. l. 58. § pen. de ad. ca. min. & peric. tut. l. 3. § 5. de contra. tut. act: [ *satisfaciant* ] bona fide & nescientes potiores aut posteriores esse. *Gotofr. h. e. Az. n. 8.* [ *tu-*

crum] negativè: lucrum enim hîc dicitur cum nihil decedit facultati-  
bus hæreditatis, quamvis etiam nihil accedat: licet etiam hîc positivè  
accipi possit [ & ] imputativè, eodem enim modo & creditoribus sol-  
vi posse innuit §. 6. h. [ hæreditate ] intuitu hæredis: defuncti autem  
non dicitur formaliter ut ejus fuerit quasi hæreditas, nam legatariis in-  
de solvi debet; licet defunctus bona illa non ut hæres, sed titulo aliquo  
inter vivos àb aliquo habeat; materialiter tamen ejus & quasi bona  
rectè dicuntur [ ex ] est nota totius ut § 14. l. f. [ ex rebus ] ut etiam  
nomina contineant *Sichard: h. n. 10. 11.* [ venditione ] ex pecunia ven-  
ditiõne confecta, per methonymiam causæ pro effectu.

## § 9.

*In computatione autem patrimonii damus ei  
licentiam excipere & retinere quicquid in funus ex-  
pendit, vel in testamenti insinuationem, vel in in-  
ventarii confectiõnem, vel in alias necessarias cau-  
sas approbaverit se se per solvisse. Si verò & ipse  
aliquas contra defunctum habeat actiones: non hæ-  
confundantur: Sed similem cum aliis creditoribus  
per omnia habeat fortunam: temporum tamen præ-  
rogativa inter creditores servanda.*

*Analysis  
philologica  
§. 9.*

(Patrimonii) h. e. quantum in bonis hæreditatis sit ut §. 5. h. l. (ei)  
hæredi (retinere) primo loco nimirum antequam quicquam solverit,  
credita sc. aut legata *Sichard. h. n. 1. 2.* Si verò n. 3. (causas) quibus  
omissis res deterior futura fuisset *Sich. h. n. 3.* (confundantur) sc. quoad  
ad effectum deductionis non verò exactionis *Gloss. Azob. (fortu-  
nam) eventum: (servanda) sc. ut qui prior tempore potior jure Go-  
tfr. Dynus in c. 54. d. R. l. lib. 6. & hoc præprimis inter creditores hy-  
pothecarios uti Gloss. adh §. vid: infr. Sect. ult.*

## III.

*Analysis  
logica d. §. h. §. 4.*

Inventarium ritè confectum hæredem indemnem servare debet  
ex qua indemnitate multi oriuntur effectus, quorum alii ma-  
gis

gis respiciunt hæredem, & traduntur nostris §§. Et hoc vel generaliter, quod sine periculo sit; vel specialiter, ratione legatariorum quoad eorum præjudicium vel favorem; illa ratione dum Falcidiam detrahit: vel ratione creditorum: Et hoc iterum vel quoad favorem vel odium: effectus ratione illius consistit aut in obligatione, dum juxta vires hæreditatis eis tenetur; aut in solutione, quod primis venientibus suum tribuere possit. Effectus quoad odium creditorum iterum subdividitur in primum vel ortum; ille creditores ab hæredis foribus repellit, quibus hæres dicere licet. Eatis cum Deo quia nihil amplius habeo: hic salvam hæredi suam servat substantiam. Hanc verò utilitatem hæredi jure merito concedendam probatur à sine inventarii lucro & remotione oppositi amissionis effectus, damno, unde sequens deducitur argumentum.

Quicumque damnnum sentire non debet ex sua substantia nihil amittat. Atqui is, qui cum inventario agnovit hæreditatem, damnnum sentire non debet: hinc concluditur quod reliquum est, quòd hæres ex sua substantia nihil amittere debeat. Prius se fundat in hoc loco logico, quòd sublato effectu & ejus causa tollatur necesse sit. Posterius præter §. 10. 13. ulterius probatur, quòd qui lucrari debet damnnum sentire non debeat; posito enim habitu tollitur privatio: illum autem, qui beneficio inventarii agnovit hæreditatem lucrari debere, vel inde fluit, quòd sub hæc conditione adierit, ut tantum juxta hæreditatis vires creditoribus sit suppositus: Sicque posita causa proxima ponitur effectus. Nec illum lucrari dubitatur; qui olim suam substantiam etiam expendere cogebatur, hodiè illam salvam habet. Stultam itaque atque frigidam *in b. §. 4.* ab Imperatore nostro allatam rationem à Gothofredo rectè appellari, non nisi allatis rationibus everfis, videtur. Nunc etiam effectus, qui legatarii favorem continet, mentio fieri debet: qui describitur à causa impulsiva, exactione & instrumento: ubi spectatur ejus totum, res hæreditaria, & partes, quæ sunt duplicis generis: vel sunt res ipsæ, vel pecunia ex harum distractione accepta.

Effectus qui magis respiciunt hæredes sunt vel primi vel orti: de illis §. 4. actum; Ac sunt duo, impensarum deductio, & identitas ac convenientia cum aliis creditoribus in consequendo debito. Prior explicatur à objecto, expensis; & hæ iterum à fine, quòd factæ

*s. finit*

*Analysis  
logica §. 9.*

1. sint in funus vel in ultima elogia 2. ad inventarium conscribendum  
 3. generaliter in utilitatem totius hæreditatis, & hoc tam respectu  
 legatariorum & fidei commissariorum, quàm hæredum: & ab adjuncto,  
 approbatione sc: Alter effectus declaratur ab opposita consulsio-  
 ne, qui cum sit relativus consistens in conventionem hæredis cum cre-  
 ditoribus, ponitur correlatum creditores, deinde ipse effectus.

## IV.

Paraphra-  
 sis.

Olim autem, ante tempora justiniani D. Imperatoris nostri,  
 hoc commune inventari beneficium omnes Imperii Romani subiecti  
 non habebant; sed duæ tantum hæreditatem adeundæ erat via: altera  
 recta, si adeatur incunctanter; altera tardior, si id fiat deliberatione  
 habitâ: quæ ambæ lubricæ. Quia hæres, qui hæc vel illa acquisiverat,  
 ad omnia & singula onera hæreditaria adstrictus erat, etiam si hæredi-  
 tas solvenda non fuisset; adeoque ob æs alienum, improvisum fortè  
 ac latens tempore aditionis, postea præter opinionem adeuntis emer-  
 gens, hæredibus damnosæ erant: exceptis quibusdam specialibus be-  
 neficiis à D. Adriano & Gordiano minoribus 25. annis & militibus  
 concessis. § 5. j. de hæred. qual. & diff. h. l. f. pr: Sacratissimus autem  
 Legislator periculosæ isti juris ambiguitati occurrens, tertiam viam  
 suâ benevolentia apperuit, constitutionemque tam æquissimam quàm  
 nobilissimam scripsit, ut omnis generis hæredes, hæreditates sibi de-  
 latas tuto adire & acquirere possint d. l. § 1. (*Etsi præfatam observatio-  
 nem inventarii faciendi solidaverint: hæreditatē sine periculo habeant.*)  
 si formam ex Justiniani præscripto h. l. f. §. fin. autem 2. & 3. accuratè  
 observaverint: h. e. si hæredes super rebus à defuncto relictis, debita  
 loci, temporis, personarum, ac descriptionis observatione inventarium  
 confecerint, hæreditatem non solum absque timore æris alieni  
 adeant, de quo *Señ. seq.* (sed, & legis Falcidæ adversus legatarios utan-  
 tur beneficio:) h. e. prius quàm ad vires hæreditarias determi-  
 nandas devenerint hæredes, deducant quicquid vel in funus defuncti,  
 vel in testamenti insinuationem, vel inventarii confectioem,  
 vel alias hæreditatis necessarias causas sese impendisse approbaverint:  
*vid. infra secl. XI.* tunc demum in reliquis ita ratio habeatur, ut  
 quarta pars apud eos maneat, tres verò partes inter legatarios di-  
 stribuantur, pro rata sc: portione ejus, quod cuique eorum le-  
 gatum fuerat §. 3. j. ad L. Falc. [*ut in tantum hæreditariis creditoribus*

sent-

teneantur, in quantum res adeos devoluta valeant:] non plus teneantur  
 solvere creditoribus defuncti, quàm nec ipsi in hæreditate accepe-  
 runt v. g. si res ducentorum aureorum ad hæredes pervenerint, credi-  
 toribus etiam minimè ultra dictam summam teneantur *vid. Sect. VIII.*  
 ( *Et eis satisfaciant qui primi veniant creditores:* ) Propter beneficium  
 prioritatis temporis: Prior enim qui est tempore potior est jure. *l. 11.*  
*ff. q. pot. in pig. & hypoth. l. 4. C. eod. l. 54. d. R. 7. lib. 6. de his vid.*  
*plura infr. Sect. XVIII. ( & si nihil reliquum est, posteriores venientes*  
*repellantur: )* & si deductis impensis necessariis, prioribus creditori-  
 bus debitum suum justo tempore exigentibus solutum sit, postea ni-  
 hil ex substantia hæreditatis restiterit undè creditoribus tardè ve-  
 nientibus satisfieri possit; hæredes nullo modo illis teneantur; cum  
 non dormientibus, sed vigilantibus jura subveniant atque scripta sint.  
*l. 24. ff. q. in fraud. cred. fact. l. non enim 16. ex quibus caus. maj. infra*  
*Sect. IX: ( & nihil ex sua substantia penitus hæredes amittant: )* ex pro-  
 priis bonis, ad quæ etiam referuntur necessarix impensæ deductæ:  
 peculium adventitium, quod & vivente patre est in bonis liberorum  
*l. 1. 2. C. de bon. matern; ejusque dominium est apud liberos §. 1. 7. p. q.*  
*pers. cuiq; ( ne dum lucrum facere sperant, in damnum incidant. )* quia  
 hæreditas spe lucri non damni nec adiur nec suscipitur *dict. Sect. ( Sed*  
*et si legatarii interea venerint. )* Nimirum post inventarii legitimo mo-  
 do confectioem: ( *eis satisfaciant ex hæreditate defuncti,* ) deducta sc.  
 Falcidia & aliis deductis deducendis: ( *vel ex ipsis rebus,* ) à defuncto  
 relictis ( *vel ex earum venditione:* ) vel pretio quod ex venditione re-  
 rum hæreditariarum ad hæredes pervenit locoque patrimonii est:  
*infra Sect. X.* aliud enim pro alio invito creditori hoc casu rectè solvi-  
 tur *vid. in infra Sect. XVII.*

[ *In computatione autem patrimonii* ] A defuncto relictis, sc: re- *Paraphra*  
 rum hæreditariarum ex quibus legatariis vel creditoribus satisfieri *sis §. 9.*  
 debet, [ *damus* ] i. e. Nos Justinianus Imperator Romanorum [ *eis li-*  
*centiam* ] hæredibus permittimus [ *excipere* ] se ultra vires hæredita-  
 tis non teneri; si sc: deductis deducendis, neque ex rebus ipsis, neque  
 ex pretio rerum venditarum quid restet undè legatariis ac creditori-  
 bus satisfiat [ *& retinere.* ] cò, quòd hujusmodi impensæ partim ita pri-  
 vilegiatæ sint, ut omne æs alienum præcedant *l. impensa funeris pen. ff.*  
*de religio:* partim communi ipsorum & creditorum, & legatariorum

B

&amp; si.

& fidei commissariorum commodo fieri soleant: [ *quicquid in funus expendit:* ] veluti quod impendit ut funus ducatur: duci non possit; ut puta si quid impensum est in delationem mortui: quod in locum erogavit in quem mortuus fuit elatus: quæ impendit ut peregrè mortuus perferatur; quod ad corpus commodandum aut custodiendum fecerit, vel siquid in marmora aut vestem collocavit: de his *vid. l. etsi quis 24. §. 3. 4. ff. de Religios; infra Sect. XI.* [ *vel testamenti insinuationem, vel inventarii consecutionem, vel in alias necessarias causas approbaverit se se impendisse* ) ut puta quicquid explicandarum venditionum causa, vel proxencis solvit, vel si fortè necesse habuit emptori instrumentum dare *l. quantitas 72. ff. ad L. Falcid.* ( *Si verò & ipse heres aliquas contra defunctum habeat actiones: non hæ confundantur:* ) Non amittant eò quòd sint hæredes; quia aliàs jure ordinario non possunt esse creditores simul ac debitores. Plura de hoc videantur *infra Sect. XIII.* ( *Sed similem cum aliis creditoribus per omnia habeant fortunam:* ) ita, ut non solum si concurrant cum privilegiatis creditoribus, excludantur quoties bona non sunt solvendo; et, si ipsi sint privilegiati, excludant alios: Sed et si viglent sibi que de jure suo prospiciant, sibi etiam ipsis primo loco satisfacere, possidentiumque privilegiis gaudere possint. Hæredes enim in omnibus ita sibi prospicere possunt ne aliis tamen fraudulentè obstant *l. summa 21. ff. de pecul. l. pupillus 24. l. quod autem 6. §. apud 6. qua in fraud.* ( *temporum tamen prerogativa inter creditores servanda* ) h. e. creditores ex prioribus hypothecis semper sunt præferendi ex posterioribus venientibus, & si his jam àb hærede solutum fuerit, nihilque restet undè illis satisfieri possit; hos, ut restituant quod acceperunt, convenire possunt.

V.

*Inventarium debet esse solenne*

Verùm, Inventarium hæredis suum, de quo dicturi sumus; consequatur finem s: principium, necessariò solenne esse debet, & hoc statim verbis nostri §. 4. indicatur initialibus. [ *Etsi præfatam observationem inventarii faciendi solida verim:* ] ad differentiam aliorum, quæ à tutore, curatore bonis dato, aliisq; personis, creditoribus, debitoribus, vel ratione officiorum quibus funguntur, v. g. *Ampf. & unten Wögten* &c. fieri solent; & tantam solennitatum diligentiam non considerant.

siderant. Agitur itaq; d. §. 4. de inventario soleuni; & ejus quidem, qui jam adit hæreditatem propriæ; hæres dicitur l. 46. de condit. & demonstr. in cujus solennitatum observatione præprimis considerandæ Materia & Forma.

Materia Inventarii sunt omnes res, & quidem plures, quia de unâ re inventarium non conficitur arg: h. l. §. 4. 3. 11. N. 1. c. 2. §. 1. *Inventarii Materiam.*  
 quas defunctus mortis tempore habuit h. l. §. 2. 10. tam mobiles quam immobiles quæque his annumerantur arg: h. l. f. §. 1. 2. 4. l. 34. §. 1. d. contrah. empt. §. 5. 6. junct. l. 2. §. 1. l. 15. de condit. ind. l. 16. pr. §. 1. & seq: de pign. l. uno. de cond. ex lege. tum corporales, tum in corporales proindeque & nomina; & non solum creditorum, sed etiam debitorum, quibus id quod peti potest habetur l. id apud se 143. d. V. S. super quantitate etiam inventarium confici potest arg. h. l. §. 9. 10. 14. ut sciri possit quantum sit in bonis. Instrumenta, Die über Schulden briefliche Urkunden/in inventarium referenda, non quidem extensivè, uti loquuntur; sed per principia & ultima verba, so ansahend / so ausgehend. Colleg. arg. de acquirend. hered. th. 31. Res item depositæ & commodatæ, quæ licet non sint in bonis, sunt tamen ex bonis §. ult. l. de vi bon. rapt. & in hæreditatis petitionem veniunt l. & non tantum 19 ff. de hered. petit. Jason ad h. l. f. §. 1. n. 3. Sieb: §. 2. n. 9. Hic autem quaeritur an etiam accessiones & fructus ab hærede ante aditam hæreditatem percepti inventario sint inferendi? nobis distinguendum placet sententia: aut enim hæredi cum solis legatariis res est, & sic. fructus inscribere necesse non est: quia res quæ inventario inscribuntur legatario profunt: §. 2. 3. verò l. ad L. Falcid: l. 30. l. 73. ff. eod: probatur, quòd ejusmodi accessiones atque fructus ipsis planè non profunt. Posteriori casu, quo eis præterea res est cum creditoribus ac fideicommissariis, fructus & accessiones necessariò sunt inscribendi: quia primò sunt res hæreditariæ arg l. 15. §. 6. ad L. Falcid: l. 18. §. 2. ad S. l. m. Trebell. l. 30. §. 3. de per. hered: quarum nullæ sunt omittendæ: §. 3. 6. 708. h. l. f. Secundò quia profunt creditoribus §. 4. & 6. h. l. & fideicommissariis, cum in Trebellianicam impentur d. l. 18. §. 2. l. 22 §. 2. eod: Quo ordine autem dictæ res disponendæ, cum expressâ lege cautum non sit, de hõc formularia atque instructiones Notariorum inspiciendæ, & inter alios Volckman: part. 4. tit. 3. cap. 18. authores Specul. de instrum. edit. §. f. n. 24. Porcell. de invent: confect.



cap. 3. n. 19. Ab his tamen dissentientes res animatas, servos sc. pecora  
 tam campestris quàm domestica; omnibus aliis in inventario præ-  
 ferendas, hisque primò res inanimatas naturales, indeque proveni-  
 entes, postea inanimatas artificiales; tum continentes tum conten-  
 tas ordine subjiciendas esse, non absque ratione asserunt. Si verò hæ-  
 res rem quandam ad hæreditatem non pertinentem inventario inse-  
 rat, vel imprudentia fortè ac sine fraude rem hæreditariam prætereat  
 vel omittat, sibi non præjudicat; priori casu tutus erit clausula gene-  
 rali per l. 1. in f. §. 1. ex quib. caus. maj. l. cum falsas. C. de jur. & fact. ign.  
 l. illicitas 6. §. 1. ff. de off. præsid. posteriori casu rem simpliciter supplē-  
 bit, sicut per fraudem omittam in duplum restituere cogitur arg. §. 10.  
 b. 1. Rem quam postea ad hæreditatem pertinere comperit hæres,  
 illam adhuc inferere potest, & hæc adjectio pars quædam est prio-  
 ris inventarii, ideoque tot non requirit solennitates quot totum arg.  
 l. 21. §. 1. v. & ff. de testam. quod, licet neglecta in inventario vulgò  
 usitata cautela rectè adhuc fieri possit; quia autem superflua cautela  
 non nocet nec vitiat scripturam, tutius agit hæres si faciat Inventa-  
 rium cum protestatione: quod se, si res aliquas per ignorantiam  
 omittas, aut per errorem alias in scriptas cognoverit, illas adjicere,  
 has verò amputare velit. Ob etwas nicht ins Inventarium bracht  
 worden/das darinn gehörig: so wolle der Erbe so bald er dessen in ge-  
 wisse Erfahrung kommen/solches auch einbringen lassen/hingegen ob  
 es eingeschrieben wäre/so nicht darin gehörig/dasi solches dem Erben  
 ohne Nachtheil darinnen geschrieben seyen solle. Nec has cautelas ma-  
 gis quàm ordo res in inventario disponendi à jure præscriptas; inte-  
 rim in omnibus ferè instrumentis, libellis, testamentis & synogra-  
 phis valdè usitatas esse, præter quotidianum ulum passim tradunt  
 DD. vid. Sicb: ad h. l. f. §. 2. n. 12. & arg. l. 1. §. 4. in f. quor. legat: Ante  
 omnia autem prædictæ res quo die, quo loco, in qua capula, in quo  
 conclavi, distinctè per pondus, numerum, mensuram, qualitatem  
 describendæ sunt l. si quis 7. C. de bon. proscripe. junct. Volckm. d. l. c. 17.  
 n. 16. Et ut eò magis fraudes atque deceptiones evitentur, æstima-  
 tiones etiam rerum mobilium contra consuetudinem poni debere,  
 notat Salicet ad h. l. f. §. fin autem 2. n. 5.

Forma In- Formam tradit Justinianus in hujus l. ult. §. fin autem 2. & 3. ut  
 ventarii. hæres res intra 30. Dies & quidem uti tradunt DD; continuos, Colleg:  
 Arg:

*Arg. d. l. th: 32. ex quibus se hæredem ; si testamentarium si ab in-*  
*testato factum esse cognoverit* *Sichard: ad §. 2. n. 9. præsentia credi-*  
*torum ac legatariorum d. §. 2. N. 1. c. 2. §. 1. per tabellarios, etiam*  
*unum arg. l. generali 3. C. tabular scrib: lib: 10. tit: 69. & trium ido-*  
*neorum testium præsentia, res quas defunctus mortis tempore habe-*  
*bat, describere incipiat h. l. f. d. §. 2. N. 1. c. 2. §. 1. qui tamen non sem-*  
*per requiruntur, sed illis quorum interest deficientibus d. §. 2. N. 1. c. 2.*  
*§. 1. quos hæres tenetur semel citare personaliter, vel ad locum, ut sc:*  
*actui isti intersint, vel ipsi, vel si personæ ratio habenda, pro iis agentes*  
*d. N. 1. c. 2. auth: sed cum testator: ad l. Falcid. Si autem sit incertum*  
*quinam sint, per programma ut appellant l. 6. deremis: pign: per edi-*  
*ctum publicum ut loquuntur, vel per publicum proclama vocandi*  
*sunt: et si non omnes citati sint, saltem adversus citatos inventarium*  
*valebit arg. l. 47. pr: ff. de Re jud: l. idcirco 44. ff. de judio: Sichard: ad*  
*§. 2. n. 20. Descriptio verò intra 30. dies, si hæreditas vel major pars*  
*ejus ubi hæres est sita sit, absolvenda est: si alibi, anni spatium hære-*  
*di conceditur d. §. 2. b. l. sicque universum inventarium conficiendi*  
*tempus sunt tres menses, in quibus non tam ejus inchoandi, quam fi-*  
*niendi tempus contineri notat* *Sichard: add §. 2. n. 6. Treutl: d. ac-*  
*quirend: hered: th: 8. lit: D. Loci etiam habenda ratio: in eò enim*  
*ubi res hæreditariæ positæ sunt omnibus modis impleri debet in-*  
*ventarium d. §. 2. & 3. Si verò res æqualiter in diversis provinciis ex-*  
*stent, non plura sed unum sufficit inventarium: arg. d. §. 2. 3. & 10. còd.*  
*junct: l. 72 d. Evid: hinc sequitur, quòd hæredi non liceat res in*  
*domum suam inventarii causa advehere d. §. 3. Deniquè etiam ad*  
*formam requiritur ut hæres sua manu, & quæ sit rerum quantitas,*  
*æstimati one sc: earum in unam summam contracta; h. l. §. 9. 10. 14.*  
*ut sciri possit quantum sit in bonis l. 88. ff. d. U. S. seque bona fide in*  
*iis versatum versaturumq; subscribat; vel si scribere nesciat, venera-*  
*bili saltem signo † per manum ejus hoc speciali casu præposito, in*  
*præsentia testium qui hæredem cognoscant, specialis alius tabularius*  
*eò jubente subscriptionem perficiat d. §. 2. auth: sed cum testator C. ad*  
*L. Falcid: Hodiè autem hæ solennitates non tam strictè observantur,*  
*sed communiter receptum est, ut inventarium fiat eò modo, quem*  
*consuetudo cujusq; loci & regionis approbavit. d. auth: sed cum testa-*  
*tor C. ad L. Falcid: Bald: eòd: Jason ad pr. h. l. inf. Schneid: ad §. 5. 7.*

de hered: qual: & differenti: adde etiam *Volckm: d. part: 4. c. 17. th. 3. n. 19. 20.* Usus enim est magister artium & in iure discendo atque docendo omnia ad usum & mores nostros accommodare debemus; quia non in cognitione sola, sed usu juris prudentia consistit *arg: §. 6. f. d. satisd:* Cum tamen inventaria ut plurimum à notariis publicis conficiantur, instrumentorum etiam publicorum omnia solennia requirunt: præsentiam sc: tabulariorum eorundemque subscriptionem, invocationem nominis divini, indictionem, diem ac Consulem qui hodie à Imperatore repræsentatur, vid: *Volckm: d: loc: N. 47.* Quia autem hâc vice magis instituti est certâ metodo propositos nostros textus resolvere, quam omnia prolixius atque accuratius de Inventarii beneficio tradere; sicque opus jam antea benè accurate què factum infectum facere: plura de eo exigentem ad *Traëctatum variorum de Beneficio Inventarii* remittimus, & nos ad quæstiones, conclusiones, aliaq; propositis §§. propria, quæ in fine sive inventarii principio indequè fluentibus effectibus consistunt: convertimus.

VI.

*Finis Inventarii.*

Inventario itaque prædicto modo confecto, hæres nullum damnum atque incommodum sentire debet, quod sequentibus §. 4. verbis declaratur: [*hereditatem absque periculo habeat.*] quot quibusve modis hoc possit fieri, ex effectibus hæredem magis quam legatarios aut creditores respicientibus colligendum: ubi notandum conscriptionem rerum hæreditariarum ipsam hæredibus etiam prodesse; cum pendente inventarii confectioe, nec à creditoribus hæreditariis, nec à legatariis vel fidei commissariis inquietari debeant §. 11. b. l. f. Quia hæreditas interim pro jacente habetur, cui consequens est, ut detur hæredi exceptio dilatoria contra creditores & legatarios suum petentes, §. 10. l. d. *Except.* quâ forte non oppositâ si condemnetur, opponere potest adhuc aliam, quæ impediât solutionem: l. 4. C. d. *Except;* utraque verò expirat impleto tempore ad inventarii confectioem constituto, salvâ adhuc peremptoriâ, quâ non tenetur nisi pro viribus hæreditariis, de quibus *infr: Sect. VIII.* Ex diverso, nec contra creditores interea temporis currit præscriptio; d. §. 11. *in se* ut quæ non obstat ei, qui lege prohibetur agere l. 1. *in f. pr: C. de Anal.*

*Annal. præscripte: l. ult. inf. C. qui bon: ced: l. is cui §. 5. Cessatum 20. ff. in poss: lect: vol fid. Pari ratione hæres, nec tanquam hæres, nec tanquam possessor interim conveniri potest: d. §. II. §. sed si hoc spæsum: junct: l. 20. §. 1. inf. ff. de acquir: hered: non enim intelligi potest alio quàm hæredis titulo possidere, qui hæreditate sibi delata inventarium conficit arg § pen. h. l. f. uude sequitur quòd interea temporis nec pro hærede nec pro possessore haberi possit, quamvis ipse agere non prohibeantur, & agens reconveniri possit; & hoc, quia inventarium non adimit beneficia communia, neque in præjudicium, ut in favorem hæredis introductum detorqueri potest. l. quod favore 6 C. de ll arg. l. consensisse 2. §. item si extra § ff. d. jud. l. servum 33. §. ait prator 3. d. pro cur. secus si necessitate ad alios conveniendos coactus fuerit. plura de his vid. colleg. Arg. de acquirend. hered. ib. 34. n. 8. Rol: à Valle 2. cons. 73. & 4. cons. 63. Montic: de Invent: n. 134. 137. 142.*

## VII.

Primus, qui in h. §. 4. subjicitur effectus est, quòd hæres non Primus teneatur legatariis & fideicommissariis ultra dodrantem: §. [ & legis ordine ef. Falcidia adversus legatarios utatur beneficio. ] Et si hæredes sint perfectus. rentes, aut inter quaternarium numerum consistentes liberi vel fratres ultra bessem; vel si liberi aut fratres ultra semissem N. 18. c. 1. Nec hodiè circa hoc quicquam immutatum est, cum & aliàs legatis & fideicommissis quarta detrahi possit pr. 7. d. L. Falcid. §. Sed quia hæredes §. 7. de fidei: hered. Si verò non fecerit inventarium hæres perinde ut olim creditoribus, ita & hodiè legatariis & fideicommissariis in solidum tenebitur non deducta Falcidia nec æstimatis viribus hæreditariis N. 1. c. 2. §. 2. ; quia præsumitur suppressisse pleraque, quibus idonea redderetur hæreditas quæ tunc dicitur non idonea d. N. c. 2. pr. & §. 2. ibique Cujac. ut & tractat: ad Africa 7. Casu verò quò pupillariter substitutus inventarium quidem fecerit, quod autem pupillus facere omiserat, ex pupilli persona in integrum restitutionis beneficio conficere neglexerit, solida à pupillo relicta legata præstare tenetur. Quemadmodum enim pupillum qui inventarium non fecit lex restituit N. 1. c. 4. §. 1. Sic ejus successor quoque in integrum restituitur l. non solum 6 ff. de in integr. restit. quò beneficio vel fraude vel negligentia neglecto & non observato, non conqueri debet, si etiam

etiam ultra vires hæreditatis teneatur, cum ad inventarium ex persona pupilli conficiendum etiam aliàs, ne nimirum præsumptione fraudis oneretur, obligatus fuisset. *N. i. c. 2. pr. & §. 2. & hoc ratione utriusque hæreditatis §. igitur in pupil: 2. §. de pupill: subst: junct: Bart: ad l. in ratione 11. §. quod vulgò §. ff: ad L. Falcid: n. 3. 4. 5.* An autem juris ille rigor de perdenda Falcidia maximeq; de ære alieno ex causa omitti inventarii etiam ultra vires hæreditarias solvendo, locum habere debeat; etiamsi hæres liquidò demonstrare possit, quod nihil malignatus, & vires hæreditariæ majores non fuerint; non exigua est inter DD: controversia, quorum licet multi affirmativam tenentes; plures tamen tutius amplectentes negativam sententiam ap: Hier: de Cavallos coms: contr: comm: quast: 26. sint videndi; ubi præprimis Narræ refert sententiam, cons: 220. dicentis, quòd àb hâc opinione non sit recedendum neq; in judicando neq; in consulendo: nihilominus quid in hoc faciendum vel non faciendum religioni atq; prudentiæ ipsius judicis, non nudam sc: judicandi, *l. prospiciu 12. §. 1. ff. qui & à quibus manus s. N. 82. c. 1.*, sed jus dicendi potestatem habentis *l. neq; leges 10. & seq: de ll. potiùs relinquendum esse putamus.* Huc pertinet quòd & Bald: tradit *ad l. filium quem 24. C. famil: ercis: n. 46.* quòd, licet super articulis per hæredem productis legatarii non cogantur respondere, iudex tamen optimè faciat, si ex officio eos interroget, ut obviet iniquæ extorsioni *l. illicitas 6. pr: ff. d. eff: præsid.* quem sequitur *Alex. ad h. l.* Sed si creditores fortè vel legatarii ipsimet fateantur, non fuisse plus in hæreditate quam hæres attestatur, illum etiam ultra vires hæreditatis non teneri, haud ambigui juris erit; quia præsumptio juris & de jure quâ hæres onerari poterat, propriâ istâ partis adversariæ confessione eliditur *Novell: 97. c. 1. junct: gloss: jas: ad h. §. Sichard: n. 1. eòd.* Sententia autem negativa ideò nobis tutior videtur, quòd hæres, inventarium sc: sine dolo & fraude non conficiens, ultra vires hæreditarias in foro conscientiæ non teneatur; quam *d. Cavallos cum Bart: ad rubr. ff: d. acq: hæred: communem omnium theologorum opinionem quast: 13. esse dicit.* Sed jure canonico hæredem inventario non confecto ultra vires hæreditarias teneri, tamdiu affirmamus, quamdiu eò jure hâc in re quid mutatum esse non fuerit probatum: quia in re civili canones jus civile tequuntur, nisi aliud sit statutum, *c. 1. X. de nov: oper: nunc: c. 7. de constit. Bald: b. l. f. pr: n. 9.*

Ordine §. nostri 4. sequitur nunc eximus ille hujus beneficii *Alter In-*  
 Justiniani effectus secundus, quò hæres non obligatur creditoribus *ventarii*  
 hæreditariis ultra vires hæreditatis: *[ut in tantum hæreditariis creditoribus Effectus.*  
*bus teneatur, in quantum res substantiæ ad eos de voluta valeant, Juri d. §.*  
*dicitur: & in tantum teneri, quantum valere bona hæreditatis contingit*  
 §. *extraneis §. 7. d. hered: qual. & def.* Vires s. bona hæreditatis hic di-  
 cuntur, quas ipsum inventarium ostendit, nisi forte creditores vel le-  
 garii ampliores eas fuisse probaverint *h. l. §. 10.* Aliàs hæres, quam-  
 vis exigua patrimonii hæreditarii sit substantia, in solidum teneretur  
 omnibus creditoribus hæreditariis *l. si te bonis 10. C. de jur. delib: l. mo-*  
*re 8. ff. de acquir: hered: l. qua dot: nom: 33. ff. sol. matr:* Quia hæres  
 succedit in univèrsum jus quod defunctus habuit *l. hæreditas 62. d.*  
*R. 7. & hæres atque testator pro una eademq; persona tenentur N. 48.*  
*inf.* Cui veteri additionis gravamini etiam adhuc hodiè hæres inventa-  
 rium non conficiens se supponit, sive sit extraneus, sive ex liberis, ad  
 quorum officium maximè pertinet, ut quâ beneficiis à lege concessis  
 non utantur, æs aliæ num paternum solvant eâq; ratione paternam fa-  
 mam & existimationem, quæ aliàs læderetur *§. 1. inf. 7. q. & quibus*  
*ex caus: man: defendant. r. t. de obseq: parent: prest.* Hic observandum  
 quod inventarii confectio deliberationi jungi non possit, quod si fiat,  
 nihilominus hæredes in solidum tenentur; deliberatio enim benefi-  
 cium inventarii adimit respectu creditorum *h. l. ult. §. sin autem hoc*  
*aliquo 14. & 7. af: eod.* idem juris est in legatariis, nam & hi inventario  
 deliberationi juncto solida legata consequuntur, nec hæres beneficio  
 legis Falcidix uti potest *arg: d. §. inf.* nisi aliter à lege statutum, aut  
 à testatore prohibitum fuerit, de quo plura infra *Seç. XII.* ubi de in-  
 ventarii contrariis dicemus. Hic quæstio adjici potest, utrum filius  
 patri in feudo succedens, confecto inventario creditoribus hæredita-  
 riis tantum quoad vires hæreditatis in bonis allodialibus teneatur, &  
 feudum velut præcipuum ac separatum retinere possit; an verò &  
 ipsius feudi commoda in solutionem æris alieni paterni impendere  
 cogendus sit? quod affirmamus *arg. 2. F. 45:* cum enim hæres quoad  
 vires hæreditarias teneatur, ad quas filii feudum referendum, quod  
 potiùs à patre suo quàm ab avo aut proavo acquirit; sicq; hoc casu  
 feudum à allodialibus minimè separandum, jure meritò hæreditatis  
 paternæ

paternæ oneribus ratione commodorum ex feûdo obligatus erit.  
De cognatis aliud dicendum *vid; infr; Sect. XI. junct. Cujac. tract;  
de Fendis tit; 54. lib. 4.*

## IX.

Effectus  
tertius.

Effectum hujus beneficii Justiniani secundum excipit insignis  
ejus tertius; quod hæres sine periculo solvere possit primis petenti-  
bus sive illi sint legatarii sive creditores: *vers; & eis satisfaciant qui  
primi venerint creditores: & si nihil reliquum est, posteriores venientes  
repellantur: & nihil ex sua substantia penitus hæredes amittant: ne dum  
lucrum facere sperant in damnum incendant: Nec hæredi imputari po-  
test, quod satisfactionem à his quibus solvit, de restituendo aliis pe-  
steà venturis eò quod plus fortè accepissent, non receperit; ut olim  
propter præsumptionem fraudis ei imputabatur l. undè 41. ff. ad L.  
Falcid. t. 1. si quis plus quam per L. Falcid. Nam si alii creditores se esse  
potiores, ac sibi prius solvi debuisse prætendant, non contra hæredè,  
sed eum qui à hærede exegit, agere possunt §. 6. h. l. f. Quia hæres  
post emensum defuncti patrimonium, si enim illud solvendo fuisset,  
omnibus teneri, respondere palam est: l. 2. C. de hæred. vel alic; vend;  
amplius illis non tenetur, etiam si cautionem de quâ diximus, nullam  
exegerit: & potest exceptionem litis finitæ, hæredibus litem fortè  
moventibus opponere, sicq; à omni litis sumptuumque vexatione  
immunis erit. l. minoribus 6. ff. de minor. l. sed si quis 7. ff. test. quem ad;  
aperi. Neque interest an hæres sciverit alios adhuc creditores  
prios esse nec ne; sed indistinctè hæredibus permittitur, primis  
quibusve creditoribus venientibus, nullâ profusà post venturis in-  
quietudine eis inferendâ, solvere, neque his jus suum contra primò  
exigentes eò adimitur *jung; Bald; ad h. §. n. 1.* Creditores tamen le-  
gatariis semper præferendi, & illi à his haud immeritò vincantur *b. §.  
Bald; eòd. d. n:* cum hoc in casu magis repetitioni justî debiti, quàm  
adventitio lucro favendum *l. 41. §. f. d. R. l.* Agere itaque poterunt  
creditores contra legatarios vel actione hypothecaria, quando sc.  
res legatariis soluta, ante ipsi fuerit à testatore obligata; vel condi-  
tione indobiti, quoad nec dominium nec hypothecam habuerunt,  
ut res ipsis oppignorata ab hærede tuit vendita & pretium legatariis  
solutum *Sect. seq.* Sin autem creditoribus fuerit solum, duo iti-  
dem sunt remedia quibus prioribus creditoribus consulatur;  
actione*

actione videlicet hypothecaria & conditione ex lege : Illa, si res prioribus obligata exstet; hæc si res non exstet, aut si pecunia ex ejus venditione posterioribus creditoribus soluta sit: *Sichard. ad h. § 4. n. 6. 7.* Omnes autem siue sint creditores siue legatarii siue fideicommissarii; si vel debita exigere, vel legata & hæreditates petere velint, ad domum testatoris venire debent. *arg. b. § 4.*

X.

Quartus effectus qui ex hoc beneficio fluit est, quod hæres legatariis & creditoribus, vel res vel pretium etiam inuitis solvere possit, quod his verbis probatur. *Sed etsi legatarii interea venerint: eis satisfacciant ex hæreditate defuncti, vel ex ipsis rebus, vel ex earum forsitan venditione. junct. §. sin vero hæredes 6. h. r.* Sicque dicto beneficio hæredi contra regulam generalem, de quâ *Secl. XVI.* dicturi, & citra *l. si pecunia 12 ff. d. legat. 2. l. mutuum. 2. ff. d. reb. cred.* aliud pro alio solvendi, eique aut re hæreditariâ, aut pecuniâ ex venditione rei hæreditariæ redactâ satisfaciendi libertas relinquitur. Cùm autem rei appellatio sit generalis, *l. 1 ff. inf. de stat. hom:* ita ut non solum rem mobilem vel soli sed & nomina, actiones, petitiones ac persecutiones comprehendat *l. bona autem 3 § bonorum 2. de bonor. posse l. bonorum 49. ff. d. V. S.* Sequitur quod hæres non tantum rem mobilem siue immobilem pro pecunia, sed etiam nomina debitoris alicujus hæreditarii in solutum dare possit; & hoc præcipuis quando hæreditatem commodè vendendi, pecuniamque conficiendi nulla datur occasio. Hæres enim inventarium conficiens nullum ex hæreditate damnum sentire debet. *§. 4. & §. pen. h. r.:* quod tamen quàm facilimè ex rei alicujus venditione, si hæres præcisè ad hæreditariam pecuniam debitam restituendum teneretur; fieri posset: dum re venditâ evictâ emptori satisfacere cogeretur. Casu autem quò emptor ipse paratus esset in se recipere casum evictionis utique teneretur hæres rem vendere & ex pecunia debitoribus satisfacere, ut quod non damno esset hæredi & prodesset creditoribus vel legatariis *arg. l. 2. pr. ff. solut. mat. l. 2. §. 5. ff. d. ag. plur. arcen.* Si verò contrario casu creditor vel legatarius cui debetur certa pecunia, rem in solutum accipere recuset, adeoque judicialiter pecuniam exigat; dicetur plus petere causa, indeque hodiè pæneretur pœnam tripli expensarum quas

Quartus  
Effectus.



reus faceret in iudicio §. si quis agens 23. ff. d. act. Aliud dicendum videtur quando legatum in certâ re, corpore vel specie consistit; tunc enim hæres illam si exstat tradere, si non exstat nihil tradere tenetur, quia creditor speciei, illius interitu liberatur. l. quod te mihi §. ff. d. reb. cred. l. si ex legat: 23 ff. d. V. O. & DD. com. in d. l. §. Aut quando in hæreditate pecunia legata existat, tunc & illam solvere obligatus est hæres. vid. Scharf. ad h. §. 4. n. 10. II. 12.

## XI.

Quintus  
Effectus.

Quintò, principium nostrum, hæres hæreditatem absque periculo habeat; efficit, quòd hæres, partim communi, partim speciali hujus constitutionis jure, priùsquam ad vires hæreditarias determinandas deveniatur, quicquid vel in funus defuncti, vel in testamenti insinuationem, vel inventarii confectionem vel alias hæreditatis necessarias causas impendisse probaverit, deducere possit. Eò enim ipso quòd hæres nullum damnum sentire debeat, confectio inventarii id operatur, ut hæres videatur eò loco esse quasi non adisset hæreditatem: si autem non adisset, nullos etiam sumptus fecisset retinissetq; suam pecuniam. Posito itaque antecedente, rectè etiam quod reliquum est hoc §. 9. subjicitur. *In computatione autem patrimonii damus ei licentiam excipere & retinere: quicquid in funus expendit, vel in testamenti insinuationem, vel inventarii confectionem, vel in alias necessarias causas hæreditatis approbaverit se se persolvisse.* Harum autem impensarum aliquæ ita sunt privilegiatæ ut omne æ alienum præcedant: funeris enim non solum causis taciti pignoris, l. 14. pr. & §. 1. de relig: legatis, cum satius sit de suo testatorem funerari, quàm aliquos legata persequi d. l. 14. §. 1. & Sed et si res legata, Falcidiâ §. ult. 7. ad L. Falcid: l. 6. ff. eòd. imò legitimis liberorum vel parentum l. 8. §. 9. d. moss: test: Sed etiam expressis per l. pen: ff. de relig: d. §. f. ad L. Falcid: l. 1. §. f. ff. eòd: cujus ratio est in l. 23. ff. d: S. V. P. l. 13. C. mand: quia vocabulum *Omne* in primis si vocabulum semper vel simile aliquod ei adjiciatur nihil excludit, arg. l. 18. & seq: ff. de relig: l. 12. C. q. por: in pign: l. 4. C. in quib: pign. vep. hypot. l. 29. C. d. jur. dot. Ad quas refertur quicquid corporis causâ, veluti unguentorum erogatum est; & pretium loci in quo defunctus humanus est, & si quæ vestigalia sunt, vel Sarcophagi & vectura & quicquid

cor.

corporis causâ antequam sepeliatur consumtum est l. 37. d. relig: item vestes lugubres fasciæ sericæ & pepla, quæ ministris, defunctorum cognatis aliisque; funus comitantibus de consuetudine dari solent; & illa quæ in defunctorum convivia paranda comparata sunt vestes etiam viduæ lugebres &c: vid. Carpz. p. 3. Const: 25. def: 19. n. 2. 3. G. Berlich: par. 1. Concl. 64. n. 90. 94. modo omnia ex dignitate, ex causâ, ex tempore & bona fide ejus qui defunctus est accipiuntur l. 14. §. 6. §. 10. d. religios. Præterea funeris impensis annumerantur erogata in curationem ægroti l. 4. C. d. petit: hered: l. 3. C. de religios & sumpt. & expressa sanctione Elect: Sax: const: 28. in pr: vers: auff des schuldners Begräbnis: it: ord. jud: Sax: Ferner soll das jentge was der verstorbenen Schuldner Begräbnis: it. quod tamen de ultima, non de aliis defuncti infirmitatibus accipiendum: l. 4. C. de petit: hered: Bald: ead. arg: l. 3. C. de religios. multo minus quando medicamenta & alia pharmaca non in curationem ægroti sed in culina ad condendos cibos sint adhibita vid: Job: Michal: Benth. p. 2. c. 26. vers: Aus welcher abzunehmen/das nicht alles &c. Hic iterum incidit quæstio cum impensa funerum deducatur ex hæreditate l. 45. d. Relig. & sumpt. fun. in quâ plerumque allodialia & Feudalia reperiuntur bona: an si allodialia non sufficiant, sit transgrediendum ad Feudalia? decisio atque distinctio erit facilis ex dictis in sect: supra VIII. per text: 2. feud: 45. vers. ubi verò filium reliquit: §. 1. eod: §. filius 4. l. 1. ff. d. acq. vel amittend: hered: Si verò agnatus succedat in Feudum ex pacto & providentiâ, maximè liberatur ab ære alieno defuncti; in textu enim 2. feud. 45. quæ hujus quæstionis sedes est, solummodo excipitur Feudum paternum, quod repudiata hæreditate retinere potest, nec debito hæreditario aliquid Feudi nomine solvere tenetur: neque hoc caret ratione, quia in ejusmodi Feudis vassallus successoribus præjudicare non potest; cum jus quæsitum ex primi acquirentis investitura, sive antiquorum suorum provisione non ex factis sive persona defuncti agnati habeant: vid: Cujac: d. Feud: d. lib: 4. tit: 5. §. 4. d. l. 2. Feud: 45. Ulteriùs etiam hæres ante omne æs alienum deducit, quicquid communi ipsorum & creditorum & legatariorum commodo, præter testamenti insinuationem vel inventarii confirmationem in alias necessarias hæreditatis causas impendisse probaverit h. §. 9. Impensæ necessariæ sive in causas necessarias factæ in genere dicuntur; quæ si factæ non sint, res

aut perit aut deterior fit l. 79. d. P. S. l. i. §. 1. l. 2. 3. 4. ff. de impens. in  
 res dot: cujus generis sunt, quicquid explicandarum venditionum  
 causâ, vel proxenetis Unterhäusern / solvit, vel si fortè emptori ne-  
 cesse habuit instrumentum dare l. quantitas 72. ad L. Falcid: Non ta-  
 men sufficit illas allegasse, sed sunt probandæ l. 4. C. d. petit; hered: l. 3.  
 C. d. Relig. §. 9. h. Probantur autem modo ordinario per testes & in-  
 strumenta; r. t. C. & ff. d. test. & fid: instrum: quæ si deficient, etiam ex  
 verisimilibus & conjecturis probari possunt, quæ arbitrio boni viri  
 i. e. judicis relinquuntur uti notat Bald: ad d. l. 4. C. d. petit; hered. n. 1.  
 & his cessantibus per juramentum ejus qui hasce impensas fecit;  
 Gloss. in h. § præprimis autem hoc juramentum locum habet, quando  
 ratione hæreditatis quid est impensum: quia hæres opus non habet  
 ut de omni modica atque exigua impensa curet conficere instrumen-  
 tum, Jason ad. h. §. Imò ei creditur hoc casu si persona sit fide digna  
 absque juramento; teste Bald: ad h. §. 9. n. 2. & quando impensæ veri-  
 similes & rationabiles fuerint; quod in expensarum probatione ma-  
 ximæ spectatur arg: l. sancimus 18. & auth: post jusjurandum seq: C.  
 d. judic. l. 1. C. d. alim. pupil. præstand. Omnia autem prædicta intelli-  
 genda de impensis privilegiatis ac necessariis: aliud dicendum de  
 sumptibus in litem pro defendenda hæreditate adversus tertium qui  
 eam sibi fortè asserit, factis: has enim impensas veluti sui solius cau-  
 sâ, nec cujuscunque creditorum, quorum an hic vel ille sit hæres  
 nihil interest; vel legatariorum commodo factas; nisi forsan ex ejus-  
 modi causa lis fuerit mota, ex quâ testamento everso, nec legata de-  
 bita fuissent: hæres in illorum detrimentum deducere non poterit  
 arg: l. 74. ff. d. R. l. A. Secus, si hæres fortè conveniatur ab aliquo,  
 qui se creditorem hæreditatis commendat; quicquid enim tunc hæ-  
 res, ut communi & creditorum & legatariorum commodo impende-  
 rit, deducet, sive superior lite fuerit, sive succubuerit arg. Bald. ad. h.  
 §. in computatione. 9.

XII.

Sextus Ef-  
 fectus.

Per aditionem hæreditatis de rigore juris actiones hæredis cum  
 defuncti confunduntur l. Stichum 95. §. 2. l. 75. ff. d. solut: l. ut debi-  
 tum 5. C. de hered: act: quia impossibile est quod quis sit debitor &  
 creditor sui ipsius per l. debitori 7. C. de pact: & jus debiti atq; crediti  
 in cano

in eandem de veniat personam *l. verborum 107. ff. d. solut*: Cum autem hæres hoc facto, etiam aditione per inventarium, quod tamen in favorem ejus introductum est, ideoq; nullum damnum sentire debet *l. quod favore 6. C. d. ll.* periculum incurreret, ejus confectio beneficium etiam & hunc effectum insignem, à regulaq; de confusione obligationum exceptionem producit: quod hæres id, quod sibi ex hæreditate debetur per aditionem hæreditatis veluti confusionem quandam minimè amittat. *b. §. 9. §. si verò & ipse aliquas contra defunctum habeat actiones non hæ confundantur: sed similem cum aliis creditoribus per omnia habeant fortunam: tempore eamen prerogativa inter creditores servanda.* Sicut nunc hæres beneficio inventarii creditum non amittit, sic contra à debito, quod hæreditati solvere tenetur, non liberatur. Quemadmodum & in Falcidia supponenda debitoris non minùs quàm creditoris ratio habenda *l. in imponenda 6. C. ad L. Falcid. l. 1 §. si debitor 18 ff. eod.* ita aditio hæreditatis cum beneficio inventarii nec prodest nec nocet reliquis creditoribus. Rectissimè igitur DD: colligunt ex hoc inventarii effectu; quòd hæres, idemq; defuncti creditor possit sibi ipsi primo loco solvere, vel aliquam rem hæreditariam in solutum dare *arg: l. fistulas 78. §. 1. ff. d. contrab: empt: & vend: l. creditoris 8. ff. d. distra: pig.* Multò magis creditor itemque hæres sibi ipsi solvere poterit, casu quo defunctus hæredi creditori suo pignus aliquod per pactum antichreseos ad dies vitæ constituerit; nec obligatio quasi in diem incertam concepta ope exceptionis elidi poterit *juxta l. 44. §. 1. d. O. & A: l. 56. §. 4. d. P. O. §. 3. 7. eod. l. 82. §. f. d. pact:* quia hæc conditio declarationis ac indicii potiùs, enormes sc: cedendi voluntates, quàm dispositionis gratia adjecta videtur. Neq; semper hæredi ad probandum suam actionem vel debitum obligationibus & instrumentis opus erit, sed iis deficientibus, hæreditari curatorem petere, & que citatò testes quos habet ad perpetuam rei memoriam examinari curare, & ubi opus est, eorum testimonio obligationem suam probare potest *arg: Bald. ad l. velui 7. ff. & in l. debitori 7. C. d. pact:* Occasione hujus Effectus etiam deciditur, quòd si emptor idemq; hæres venditoris inventarium conficiat, re evictâ, in ponenda ratione bonorum hæreditatis, simpli tantùm ratio sit habenda, non verò dupli evictionis nomine promisi: & hoc propter *l. cum emptor 48. ff. ad L. Falcid: Inventarii*

ventarii enim beneficium à damno tantum hæredem immunem præstat, & communiter ferè convenit id procedere, siquidem hæreditate jam aditâ evictio secuta sit; videlicet, quòd isto casu alterum simplum, quod in duplo inest lucri tantum & pœnæ rationem habere videatur; uti & Ictus respondet stricto jure, quò duplum in æs alienum deduci exegit, posthabitò, benignius esse simplum tantum imputari, nihilq; interest utrum post, an antè hæreditatis aditionem res evicta sit; *vid: Bartol: ad d. l. cum emptor. Sichard. ad h. §. in comput. part. 2. n. 6.* Neque etiam filius cum beneficio inventarii patris hæres, cui is antè rem quandam, castrensis scilicet vel adventitii peculii, quam efficaciter aliena re non poterat; *l. cum oportet 7. §. 1. C. d. boni qua lib: junct: l. 1. C. d. bon: matr: vendidit, poterit emptori evincere rem suam, tanquam actione per aditionem non confusa.* Sive enim hæres simpliciter in asse, sive in quota sive & in legitima tantùm succedat, eatenus ab emptore repellitur, quatenus ex hæreditate solvendo existente lucrum perceperit; & hoc quia est hæres patris, sicq; eadem persona ejusdemq; cum patre juris *N. 48. præf: l. hæred. 62. ff. d. R. l. Pater autem exceptione doli removeretur, si adhuc vivens fundum à se venditum vindicaret l. vind. 17. ff. d. evict. tum quia emptori de evictione tenetur l. cum successore 23. C. d. e. itaq; & ipse agens removeretur exceptione glos: in d. l. vind. l. 156. §. 1. d. R. l. Denique etiam quia ex persona patris lucrum sentit, ergo & ejus factum præstare debet *l. ex qua persona 149. d. R. l. l. cum à matre 14. C. d. R. U.* Quando autem hæreditas solvendo non sit, nullo modo hæres ab evictione repellitur; quoniam inventarium omnino cum indemnem præstat, *h. nostro §. 9. & §. & si præfat: 4. & passim C. d. jur: delib: Hæc autem omnia dicta accipienda sunt de hæredi universali; certæ namq; rei successor loco legatarii habetur, proindeq; nec tenetur de evictione, nec actione hæreditaria; quippe quæ tantummodò competit adversus hæredes ex certa parte vel sine parte institutos *l. pen: C. d. hæred: instit: indeque si rem suam vindicet nec exceptione repelli poterit. glos. d. l. vind. 17. ff. d. evict. vid: Sichard: ad l. f. h. §. 9. part: 2. n. 8. cum seqq: Sal: eòd.* Ex his etiam patet quòd multò minus alienatio Feudi ex pacto & providentia, si filius vel agnatus cum beneficio inventarii hæres existat, in præjudicium eorum à patre facta certis casibus exceptis; valeat de quibus omnibus**

bus pluribus vid. prænom: tract: variorum de beneficio Inventarij  
quest: 182. n. 18.

## XIII.

Hactenus egimus de effectibus §. nonkris propriis, hæredes sc: *Effectus minus principalis.*  
magis respicientibus, nunc majoris explicationis Imperatoris no-  
stræ constitutionis gratiâ, de aliis quibusdam dicendum, tum hære-  
dibus, tam principalibus quàm fidei commissariis; tum legatariis, cre-  
ditoribus atq; emptoribus prospicientibus: de quibus *h. l. f. §. 5. 7. 8.*  
De illo qui continetur §. 6. jam accidentaliter *sect: IX. dictum.*

1. Primus effectus minus principalis est: quod si hæres rem hæ-  
reditariam non alienam hypothecæ obligatam, æris hæreditarii sol-  
vendi gratiâ, licet sine subhastatione vendat; tam emptor quàm hæres  
adversus creditorem hypothecarium securus sit. Si enim jus hypo-  
thecæ, quo alias creditor uti potest adversus possessores quoscunque  
*l. si fundus 16. §. in vindic; 3. ff. de pign;* hoc in casu non extingueretur,  
emptor etiam evictionis nomine hæredem posset convenire; Sicq;  
hæres non habita ratione constitutionis in favorem ejus §. 4. *h. t.*  
prolatæ, damnum incurreret. Obtinet verò præprimis hic effectus  
si revera pecunia emptoris creditoribus vel legatariis soluta sit: indè  
etiam monet *Bald: emptores add. §. & si præfatam 4. h. t.* ut in emen-  
dis rebus hæreditariis cauti sint, & curent, ut pecunia pro re soluta in  
legata & credita convertatur. *Sichard: eod: n. 14.*

2. Alter effectus est, si bona hæreditaria post mortem testato-  
ris minuantur, hoc ad legatariorum, non hæredis Falcidiam detra-  
hentis damnum pertinet. Et hoc quidem ex generali ratione, ne  
hæres inventarium conficiens damnum sentiat: cum hoc præprimis  
& olim secus fuerit *l. in ratione 30. §. rursus dilig. 2. ff. ad L. Falcid: §.*  
*quantit. 2. §. eod: & hodiè non confectio inventario secus sit h. l. ult. §.*  
*si autem postquam 12. nec distinguendum interitus rerum hæredita-*  
*riarum antè aditionem hæreditatis an post eam contigerit. Quam-*  
*vis enim hæres per aditionem hæreditatis cum legatariis de legatis*  
*præstandis quasi contrahat, §. hæres quoque §. l. d. O. q. q. ex contracte*  
*tamen id non simpliciter & absolute, sed hoc respectu certarum spe-*  
*cierum facere intelligendus est: per eod: in d. §. & si præfatam 4. h. l. ult:*  
*ubi id, ex quo hæres legatariis satisfacere potest, separatim statuitur*  
*hæreditas defuncti vel res hæreditaria. Ita, ut hæres hõc inventarii*

D bene-

beneficio, tam quoad legatarios, quam quoad creditores debitor non tam quantitatis, quam speciei habendus sit; proindeque rerum interitu absque mora contingente liberetur. *l. quod te mihi 5. ubiq. DD. communiter ff. d. R. C. Bare: add. l. in ratione 2. ad L. Falcid. las: ad d. §. et si prefatam 4. n. 1.*

3. Tertius effectus communis est, quod inventarium factum per heredem, pro sit etiam fidei commissarii universali, cui heres restituit hereditatem. Neque requiritur ut fiat mediante cessione: cum inventarii beneficium non sit jus pacto vel stipulatione heredi quaesitum; quod tamen & ipsum saltem quoad effectum excipiendi absque cessione in fidei commissarium transit: *l. fidei 8. §. creditor 1. ff. quib: mod: pign: Sed heredi ex juris dispositione competat; ita tamen, ut non tam ejus personae, quam obligationi & hereditati cohaereat. Cui consequens est, ut & creditoribus hereditariis, confecto semel inventario, ex quo constat quantum sit in hereditate; jus agendi in solidum sit praclusum. Cessante nunc hoc in casu praesumptione N. 1. c. 2. quod heres aliqua subtraxerit ex hereditate; pro rata transeant actiones hereditariae §. sed quia 7. l. d. fidei comis: hered: licque frustra alia inventarii confectio requiritur. add: Bartol: in l. filium quem 24. C. fam: ercis:*

4. Propter eandem rationem nunc denique effectus quartus subjicitur; quod factum inventarium per pupillum, pro sit substituto pupillariter, quoad creditores paternos & legata in tabulis primis relicta; non vero quoad creditores pupilli, nec quoad legata in secundis tabulis: ut quae quodammodo aliud sunt testamentum, aut certe aliam ac diversam continent hereditatem §. igitur in pupillari 2. l. d. pupill. substituit. Quatenus igitur substitutus tanquam alius heres ab aliis creditoribus & legatariis convenitur, aliud quoque ei conficiendum erit inventarium, ex quo diversi ab aliis etiam fluens effectus. *vid. Bald. ad h. l. ut. §. cum igitur 1.*

## XIV.

*Inventaris  
vis contra  
ria.*

Quamvis haecenus occasione nostrorum textuum dicta, ad naturam inventarii cognoscendam nobis quidem sufficere possent: interim tamen, quia contraria juxta se posita magis elucescunt; quaedam effectibus ejus contraria, illos vel in totum vel in tantum impedientia, hic sunt subjicienda. Ubi enim dolus heredis intercessit,

v. §.

v. g. si ex hereditate quid amoverit vel suppresserit, ita, ut de eò quibus-  
 cunque legitimis modis fuerit convictus, per testes scilicet, quos cre-  
 ditores vel legatarii eò nomine ex domo hæredis producere possunt  
*b. l. f. §. licentia 10.* per servos etiam quæstioni tamen subiectos; *l. lex  
 qua 22. §. ante omnia C. de admin: tut:* vel per instrumenta & rationes  
 defuncti, quas hæres proferre cogitur; *l. pen: in fin: ff: ad L. Falcid:*  
 vel denique per delationem jurisjurandi quod hæres fortè præstare  
 detrectabit *d. §. licentia 10:* alterum tantum restituere, vel hereditatis  
 quantitatem computare compellitur. Non tamen hoc calu hæres du-  
 plum restituendo vel hereditati computando inventarii beneficium  
 perdit, quod asserere videtur *N. 1. c. 2. in fin: §. si verò non fecerit:* qui  
 textus tamen de eò solummodò loquitur, qui inventarium vel planè  
 non, vel non ritè fecit; h. e. si in tempore, personis vel modo con-  
 ficiendi aliquid non observaverit; non verò si in rebus quæ describi  
 debuerunt, aliquid defectus apparuerit *vid: Fas: ad d. §. licentia 10.*  
*Sichard: ad §. 2. n. 9. & seq: Schneid: ad §. extraneis §. 7. d. bar: qual: & c:*  
 Si testator inventarii confectiorem prohibuerit, quâ prohibitione &  
 inventarii conficiendi remissio implicite continetur: *arg. l. ult: C. arb:*  
*tut. l. 2. l. pen: C. ut in poss: legat:* inventario etiam maximè con-  
 trariatur. Quemadmodum enim *in d. l. ult: C. arb: tut:* inventarium  
 conscribi vetare est, tutori etiam hanc gratiam facere, ut inventarium  
 facere non teneatur, cum aliàs ratione officii pupilliq; commodi ad id  
 conficiendum teneretur; aut sicut aliàs faciendi facultas adimitur, ut  
 eò ipsò pariter etiam faciendi ejusdem necessitas intelligatur remissa:  
 v. g. tigni alieni suis ædibus juncti, quod ne ædificans eximere cogat-  
 ur, etiam solvere sive eximere prohibetur *§. cum ex suis 29. §. d. R. D.*  
*junct: l. gemma 6. ff: ad exhib: & l. qui res suas 98. §. ult. ff. d. solut:*  
 Hæc similique prohibitione testator conditionem quodammodo hæ-  
 redi injunxisse, fiduciamq; sufficientium bonorum à eò exigisse vi-  
 detur, quæ semper institutioni opposita, impleri debet; modò non sit  
 contrà bonos mores aut leges: *l. cond: 14. & seqq: ff. de cond: insti:*  
 quod nullo modò de conditione hæc nostra, ne hæres inventarium  
 conficiat, vel & maximè contexto non utatur; affirmari poterit. Si  
 verò hæres in defuncti honorem illam impleri nolit, ipsi à heredita-  
 te recedendum erit. Nisi ex numero eorum fuerit, quibus legitima  
 debetur: qui, soluto ære alieno, aliquid in bonis reliquum videntes,



integra quoque legata præstare, vel ab hæreditate recedere juberi non possunt, quin nihilominus deductione legitima uti valeant *N. 1. in fin. & c. 1. ibi, siquidem aliquis eo non & §. 2. pr.* Remissione verò testator hæreditariis creditoribus præjudicare nullo modo potest, quò minus scilicet solidum quod ipsis debetur exigere & consequi valeant: *l. nemo potest 55. ff. d. leg. 1. nisi fortè hæres, insuper habnâ istâ remissione, rectè confectio inventario non ampliores fuisse vires hæreditarias ostenderit.* *Sichard: ad §. fin autem 2. h. l. f. d. jur. delib: n. 14.* Secus est cum legatariis atque fidei commissariis; ita etiam, licet hæres solenne aliquot inventarium ne quaquam confecerit, legis tamen Falcidiz beneficio adversus eos rectè utitur. Cum enim in arbitrio sit testatoris, iis legata vel fideicommissa vel plane nulla relinquere, vel & relicta rursus adimere; idè nec prohibendus erit in relictarum imminutionem, inventarii confectioem remittere *l. 2. §. mobiles autem C. quando & quibus quarta pars:* Cujus integritati bonæque fidei ex ipsa testatoris voluntate omnia hæc committenda erunt; haud aliter ac ejusdem fidei, ut legata & fidei commissa ex aliquo tempore relicta rectè præstet, committendum est: nec eorum nomine cautio aliqua ab eò exigi poterit *l. 2. & l. scire 7. C. ne in poss. legat: Cujac: ad N. 1. c. 2. Sichard: h. l. f. §. 2. n. 15.* Hæc omnia quidem procedunt, quatenus de usu inventarii quoad hæredes & legatarios est quæstio: contrarium verò dicendum de illo, cujus qualiscunque fuerit confectio publicæ utilitatis causâ, ut ejus nimirum, quod ex patrimonio ejusque; in publicum ferendum est, ratio constet; tunc enim semper est necessaria per *l. testandi causa 13. C. de testam: Colleg: Jur: Arg: de acquirend. hered: ib. 34. sub: n. 1.* Cæterum de inventario vel planè non, vel non legitime confecto, notanda generalis ista conclusio. Quot utilitates hæres recipit ex confectioe inventarii; tot è diverso damna ex ejus omissione sentiet: quorum principalia sunt, quòd & legatariis & creditoribus teneatur in solidum; illud ex jure novo, hoc ex veteri *vid: supra Sect: VII.* Nam inventarium si solenne non fuerit, perindè habendum est ac si nullum esset factum *arg: l. quoties 6. ff. qui satisd. cog: l. nulla 2. ff. d. amih: & cons: tur:* De inventarii autem contrariis plura hæc vice dicere, operæ pretiam non putem: Cùm quædam hòc in loco adhuc scitu necessaria ex præcedentibus pateant; cætera ex contrariorum eadem consequentia, etiam

etiam tacentibus nobis fluant ac intelligi possint; de quâ pluribus vid:  
 arg: pr. l. d. his q. sui vel alien: Bach: eod. l. qui accusare 8. ff. de accus:  
 Aristot: 1. topic: c. 24. & 2. c. 2. Cicor: eod: & 2. lib: de Inventione  
 p. m. 129. v. 82.

XV.

Appendicis loco & sequentes controversias dictis adjicimus: *Appen-*  
 quibus l. ambigitur; An & hæres fiduciarius sive fidei commissio uni- *dix.*  
 versali gravatus ob omissum inventarium privandus sit Quarta Tre-  
 bellianica; quod licet communiter negetur, per h. l. ult: §. sin autem  
 14. circa fin. N. 1. c. 2. §. 7. ut in quibus solummodò mentio sit  
 Legis Falcidiae, indequè istam poenam ut odiosam, ad Sctum Tre-  
 bellianum extendendam non putant. Quam extensionem nec nos ne-  
 cessariam esse dicimus, autoritate juris justiniani nixi. Quartam  
 Trebellianicam à DD: sic vocatam, non esse aliam, quàm ipsam Falcidiam, affirmantes: per l. pater filiam 14. pr. ff. ad L. Falc: l. jubemus 6.  
 pr. C. ad Sctum Trebell: eò, quòd Sctum Trebellianum, vel si  
 ad antiquiorem originem respiciamus, Pegasianum non introduce-  
 rit novam quartam; sed ipsam L. Falcidiam etiam ad Fidei commissi  
 universalis extenderit §. sed quia hæres 5. l. d. fidei commiss: hæred: ita,  
 ut eadem Lex Falcidia & in legatis & in fidei commissis tam universa-  
 libus quàm singularibus operetur l. Papinianus 8. §. meminisse 14. ita  
 f. ff. d. in offic: test: l. 2. §. ult: ff. d. jur: Codic: Proindequè ex diverso,  
 cum ea Lex tam in d. l. ult: quàm in d. N. 1. in legatis & fidei commissis  
 ob omisam inventarii confectioem operari prohibeatur eaquè pro-  
 hibitio nulla lege in fidei commissis universalibus limitata monstre-  
 tur; utiq; nec per hoc limitanda; quòd distinguendum inter L. Falcidiam  
 & Quartam Trebellianicam arg: l. de precio 8. ff. de publ: in rem  
 act: N. 2. c. 3. circa l. fin: ibi nec qualibet est lex & c: Maximè cum ratio  
 N. 1. in fidei commissis tam universalibus quàm singularibus militet:  
 puta quod hæres, præsertim in casu quo ex die vel sub conditione ro-  
 gatus est hæreditatem restituere; liberâ in hæreditate grassandi facul-  
 tate acceptâ, cum legatarios & creditores hæreditarios, tum & ipsum  
 quoque fidei commissarium universalem defraudasse præsumi possit  
 Colleg: jur: Arg: d. loc: th: 36. n. ult. 11. Non minus controversitur:  
 An, ut quilibet hæres non confecto inventario perdit detractionem  
 D 3 Fal-

Falcidiz; sic & liberi eadem de causa privandi sint detractione legitima? Quod, licet itidem negetur, per d. N. 1. inf. prelat: & c. 2. §. 1. & §. 2. in pr. legitimam scilicet prohiberi vel pro voluntate testatoris minui non posse; Falcidiam verò posse: d. N. 1. c. 2. §. 2. *si verò expressam*; sicque illa magis debeat liberis quam hæc hæredibus quibuslibet. Quia autem & hæc non tam id agitur, ut liberis ex voluntate testatoris adimatur vel minuatur legitima; quam ex præsumptione, quòd liberi non confidentes inventarium subtraxerint aliquid ex hæreditate paterna, legitima tota jam antè ab illis percepta, asseritur arg: d. N. 1. c. 2. pr. & §. 2. Et ratio h. l. ult. & N. 1. de hac pœna etiam in liberis locum habeat, prætereaque tam h. l. ult. quam d. N. 1. non distinguat inter hæredes; nec nostrum erit vel rationem legis negligere, vel distinctionem legi non distinguenti ingerere contr. ff. d. L. Aquili & l. 8 ff. d. publ. in rem. Cum voluntatem defuncti ejusque beneficium spernere in extraneis sit ingrati, in liberis ingratis, imò impiissimi; dum famam & existimationem defuncti patris à creditoribus post funera suggillari, suæ pietatis nihil interesse existimant uti ex super: Sect. VII. patet jung: Tract: variorum quest. 6. Minimè autem hæres vel pupillus à confectioe inventarii liberatur, si profertur descriptio bonorum vel à ipso defuncto, vel à tutore, tutelæ administrationem sibi decerni petente. Et quidem prius; quia inventarium requirit manum nuncii publici, originemq; sumere debet ab hærede, non à defuncto: bona etiam cujusque, & hæreditatis vires, spectandæ sunt à tempore mortis, non autem dum vivit h. l. f. §. *si autem dubium* 2. Quoniam viventis hæreditas non solum nulla esse potest, sed & bona, quæ multa erant vivente testatore possunt minui, parvaque augeri las: ad. d. l. ult. §. 1. n. 4. Sichard: eòd: ad §. 2. n. 14. Tutoris etiam descriptio pupillo prodesse non potest; quia non solum diversi generis est inventarium; sed & alia forma, alio fine, aliisque effectibus constat Sich: h. l. Ad. d. §. 2. n. 17. Aliud dicendum si tutor primò fecerit inventarium ut tutor; deinde etiam adhibuerit solennitates quæ requiruntur in inventario hæredis solenni: tunc enim hoc inventarium erit instar duorum, i. e. habebitur pro inventario tutelari, ex quo tutor conveniri potest; & pro inventario pupilli tanquam hæredis, ne teneatur ultra vires hæreditatis, cæterisque inventarii beneficiis fruatur. vid. Sichard: d. loco.

Consideratis nunc illis quæ principaliter ad horum textuum cognitionem spectant, illisque sunt propria; hæc etiam adjiciendæ atque explicandæ sunt Regulæ quædam; quæ ex his colliguntur, & ad meliorem illorum intellectum, necessariò requiruntur. Estque ordine Prima.

*Transitio*

*Occupantis causa melior est. h. l. f. §. 4. l. 19. pr. &*

*§. 1. de rejud.*

*1. Regula generalis.*

Occupatio autem sumitur vel propriè vel Impropriè. Priori modo accipitur pro modo acquirendi naturali, quo dominium noviter: nemine in alterum id transferente, acquiritur *l. 1. §. 1. d. acq: v. amit: poss.* Et est vel earum rerum quæ antè nullius sunt, occupatione tamen alicujus fieri possunt: §. 12. *l. d. R. D.* vel personarum & rerum hostilium quæ instar rerum nullius primis occupantibus cedunt. *d. l. 1. §. 1. & §. 17. l. d. t.* quæ vi fieri dicuntur. Sine vi occupantur res inanimatæ nullius; & hæc species occupationis dicitur inventio §. 18. *l. d. t.* Res istæ nullius vel in mari, vel in cælo, vel in terra nascuntur; *d. §. 12.* earumquæ occupatio pro diversitate objecti dicitur vel piscatio *arg: §. 2. l. d. t.* vel aucupium §. 14. 15. 16. *eod: vel venatio d. §. 12.* Si quis igitur feras bestias aut volucres ceperit, statim occupanti conceduntur. *d. §. 12.* & præfertur ei, cujus est fundus in quo ceperit, si privatum ingressus fuerit. *d. §.* imò in sylva licèt circumscripta fuerint occupatæ *per l. 3. §. 14. ff. d. acq: v. amit: poss.* Nequæ ejus esse dici possunt, qui ita vulneraverit, ut facillimè eas capere potuisset: *per §. 13. l. & l. §. 1. ff. d. t. d. acq: rer: dom: cum multæ & innumerabiles causæ rebus incidant mortalibus, per quas homines jugiter retinere quod habent non possunt. l. pen: §. 1. C. d. usufr: & hab: Eâdem ratione, si apes in arbore tuâ consederint, aut volucres in illa nidum fecerint, occupantes tibi præferuntur: §. 14. *l. d. t.* etiam examen, quod ex alveo tuo evolavit occupantis fit; modo ex conspectu tuo, & difficilis ejus sit persecutio: *d. §.* idem dicendum de piscibus *arg: dd: sext.* & de rebus quæ inveniuntur; §. 18. *l. d. t.* modo non sit thesaurus §. 39. *l. d. t.* Impropriè dicta Occupatio sumitur pro Apprehensione rei alicujus; licèt illa fiat absquæ voluntatè vel ex voluntate ejus cujus est possessio, aut qui saltem se pro possessore gerit. Absquæ voluntate*

tate possessoris res apprehenduntur, vel auctoritate publicâ, quando creditores mittuntur in possessionem ex secundo decreto: *l. 11. d. acq. v. amit. poss. iundt. l. 6. de publ. in rem act.* vel vi privatâ, tam oportâ, quàm clandestina alterum de possessione deiciendo: *l. 5. l. 6. ff. d. acq. v. amit. poss.* ad quam etiam refertur, quando detentor rei, animo sibi habendi domino rem denegat, *d. l. 6. l. 20. d. 1.* & qui precario possessionem rogavit, eam repetenti restituere injuste recusat. *l. 1. quod vi aut clam. l. 1. de precario &c.* Posteriori modo dicta occupatio sit, cum apprehensionem traditio ex justo titulo præcesserit *l. 3. §. 2. l. 21. pr. d. acq. vel amit. poss. Struv. eod. lib. 13.* Patet itaque ex dictis datam regulam, occupantis scilicet causam meliorem esse; tam in propria quàm in impropria acceptione habere locum. Cum longè commodius & potius sit possidere quàm petere, licet ejus res non sit qui possidet: si modo actor non poterit suam esse probare, remanet in suo loco possessor, propter quam causam, cum obscura sint utriusque jura; contra petitorum judicari solet: *§. 4. l. de interd.* Quia enim actori incumbit probatio; *§. 4. l. d. leg. l. 21. ff. de prob. l. 23. C. eod.* cum neque juris, neque æquitatis ratio permittat, alienorum instrumentorum inspiciendorum potestatem fieri; *l. 4. de edende. l. 11. C. de petit. hered. l. 2. C. d. prob.* maximum onus est petere *l. 25. ff. d. R. V.* Maximè autem dicta Regula locum habet inter eos, quibus ex eadem causa debetur uti proposito nostro casu, ubi bona defuncti non sufficiunt creditoribus: *jung. Sich. Conf. 73. n. 36. Traq. d. jur. prim. gen. q. 17. opin. 11. num. 20.* item in peculio *l. 19. pr. d. Re judic.* in pignore duobus simul in solidum obligato *l. 10. ff. de pign.* Non solum in his causis; Sed & in pari delicto melior habetur causa possessoris *l. 154. ff. d. R. l. c. 65. eod. lib. 6.* quod & extenditur ad parem causam turpitudinis *c. 7. X. d. Rejud.* Quibus possessionibus nemo sine causæ cognitione nec à iudice privandus, *l. 6. C. unde vi l. 3. §. f. ff. ad L. jud. l. de vi publ.* & possidentes iudicis hoc modo procedentis officialibus jure resistere possunt; *l. 5. C. de jur. fisco. lib. 10. tit. 1. l. 5. C. d. Execut. l. 12. tit. 61. l. ult. §. sed & si fecerit C. d. discus. lib. 10. tit. 1.* licet injuste possideant; modo nec vi, nec clam nec precario ab adversario litis contestatæ tempore res litigiosas detineant *§. 4. l. de interd. l. 1. §. f. ff. uti possid. l. ult. ff. d. acq. d. amit.* Imò injuste dejecto possessio restituenda, quamvis ipse dominus deiecerit *l. 7. C. unde vi;*  
*præ*

perdo quoque ab alio dejectus est restituendus *l. 1. §. 30. d. vi & vi armat: c. 5. 7. X. d. restit: spoliat*: Hinc rectè possidenti, ad defendendam possessionem suam, quam sine vitio tenet, moderamen in culpa-  
 ta tutelæ conceditur *l. 1. C. unde vi l. 3. §. 9. l. 17 ff. de vi & vi arm: Cammer-gerichts Ordnung p. 2. t. 9. §. 5. Et jemand inf.* Eique per-  
 missum est, illum qui ipsum dejecerit in continenti rursus deicere, &  
 possessionem recuperare *d. l. 3. §. 9. & d. l. 17. d. vi & vi arm: c. 12. X. d. restit: spoli Ordnung des Land-rechts zu Worms d. Anno 1521: Struv: Exerc: XLII. th: 23. 24.* Unde qui possidet dicitur beatus in  
 usibus feudorum uti ait gloss: *X. requirat inc. 1. d. paceten: & ejus vio-  
 lat. l. 15. C. de rei vind.* Quemadmodum autem hæc nostra Regu-  
 la possidentis causa melior est; in jure civili præprimis locum habet,  
 sic juri naturali maximè est conveniens, nec juri divino contrariatur;  
 ita ut possidentes omni jure gaudere possint.

## XVII.

Secundò quod ad nostrum textum notatu dignum, est, quod con *II. Regula.*  
 tra communem Regulam;

*Aliud pro alio invito creditori solvi non potest.*

*l. 2. §. 1. d. R. C. pr. l. q. m. coll. oblig. l. 16. l. 17. C. d. solut: cum nemo  
 teneatur invitus satisfactionem admittere l. 6. §. 1. q. m. pign. l. 21. §. f.  
 d. pecun: const:*

*Aliud pro alio invito creditori aliquando rectè  
 solvatur.*

E. g. hoc nostro casu *in h. l. ult. §. 4. C. d. jur: de lib:* ubi quis gaudet  
 beneficio Inventarii: in judiciis divisoriiis; ubi alteri tota res dividen-  
 da, alteri æstimatio portionis suæ adjudicatur *l. 11. C. comm: utr: jud:*  
 item si debitor, ut nummos præstet, emptores rerum suarum conse-  
 qui non potest, creditores coguntur possessiones accipere: *N. 4. c. 3.*  
 aut si rem solvendam debitor consequi non possit *l. 71. §. 3. d. leg: 1.  
 l. 35. §. 3. C. de donat: & si res debita non exstet de quibus pluribus  
 vid: infr: h. Sect.*

Ne autem aliud pro alio solvatur, requiritur ut in rebus quæ  
 pondere, numero & mensura consistunt, semper generis, quantitatis  
 etiam, & interdum speciei habeatur ratio. Quod ultimum tamen non

E

per

per se, sed per accidens fieri solent; si fortè eadem numero pecunia, quam debitor accepit à creditore & non expendit præstetur: hoc enim præter intentionem contrahentium contingit, & non solvitur species tanquam species, ut in deposito & commodato necesse est *l. 2. pr. d. R. C. l. 3. §. 6. h. e. §. 2. q. m. re contr. oblig.* Quantitatis ratio habetur, quando tantum, quantum creditum est, redditur *l. 11. §. 1. d. R. C. l. 9. C. d. non num. pec. Struv. Exerc. XVI. th. 25. & seqq.* Sicuti nunc creditoris gratiâ hoc jus est introductum, ut aliud pro alio accipere non teneatur ratione quantitatis, sc. ut is cui majus creditum minus solvere possit: Sic nec debitor obligatur ad plus credito solvendum v. g. si quis viginti dederit eâ lege ut triginta reddantur, licet stipulatione interposita; cum ultra hoc quod accipi me nemini obligari posse constat: *d. l. 9. C. d. non num. l. 17. pr. ff. d. pacti*; nec id quod ultra promissum ut usura; quæ ob moram datur *arg. l. 3. C. d. usur. l. 24. ff. de pos. vel contra.* Nequè ut donatum peti potest, *arg. l. 18. ff. d. donat.* Partem autem crediti remittere potest debitori: e. g. Si quis viginti mutuo dederit eò pacto ut decem solummodo reddantur, debitor etiam non amplius ipso jure debet: quia pactum adjectum minuens non augens ex parte actoris valet *l. 7. §. 5. inf. d. pacti l. 99. d. U. O.* Quando autem generis habetur ratio non sufficit ut idem genus reddatur, v. g. vinum pro vino, triticum pro tritico: nec quod debitor pro re credita æstimationem creditori obtrudere non possit: sed requiritur ut res ejusdem generis, & quidem non deterior, reddatur: non igitur vinum novum pro veteri accipere tenetur; cum id agi intelligatur ut ejusdem generis & eâdem bonitate quâ datum est solvatur *l. 3. ff. d. t.* Quæ bonitas obvariam rerum ejusdem generis qualitatem, & propter incertum sæpius eventum, aliquando rectè à creditore exprimitur; neque aliud pro alio solvitur, quando actum est ut album pro vino rubro, vel acidum pro suavi solvi possit. Bonitas enim quædam qualitas est, quæ rem ipsam non immutat; nec res alia pro alia datur, licet non illâ, quæ secundum communem hominum usum & opinionem habetur eadem; restituatur bonitate; & videtur creditor exprimendo in quâ velit qualitate sibi restituatur, æque bonum id, quod restituendum placuit, ducere; uti rectè tradit, Struvius cum Andr: Alciato *add. l. 3. d. Exerc. XVI. th. 28.* Non etiam aliud pro alio, nequè diversum genus solvitur, quando pro æris vel argenti summa aurei nummi,

Nummi, & vice versa redduntur; aut etiam moneta in alia forma, mi-  
 nuta sc: pro integra *l. un. C. d. collat. aris lib. X. tit. 29. l. un. C. d. arg:*  
*pretio quod d. lib. x. tit. ult:* Non enim certum genus pecuniæ, aut cer-  
 ta aris species, ut certum genus frumenti v. g. triticum: Sed  
 certæ pecuniæ quantitas e. g. centum floreni, vel viginti libræ aris;  
 mutuo datur; quæ, si in æquæ proba moneta aut quæ unverschlagener  
 gang und gäber Münze/ licet non ejusdem materiæ aut formæ exter-  
 næ; reddatur, ex hoc principio repudiari non potest *dd. text:* Nequæ  
 etiam in pecunia, modo materia proportionata sit sive æquivalens,  
 tam corporis quam quantitatis ratio habetur: *l. 1. de contrab. empt:*  
*Münz. Ordnung zu Regensburg de Anno 1559. §. die thige melden*  
*l. 44. §. 1. d. solut:* undè etiam per *l. 95. in f. d. leg. 3.* nummi rebus in  
 corporalibus accessentur. Aliud obtinet si de certo genere sive spe-  
 cie monetæ, v. g. de thaleris hispanicis restituendis, conventum sit;  
 Stück vor Stück / spanische Thaler in specie widerzugeben ver-  
 sprochen. Münz. Ordnung zu Regensburg *d. loco:* modò illud ge-  
 nus in onetæ adhuc existet & à debitore præstari possit; sin minùs, re-  
 stitè tunc solvitur alià moneta nummis creditis in bonitate intrinseca  
 conveniens & æquivalens *arg. l. 71. §. 3. d. leg. 1. N. 40. c. 3.* Creditor  
 enim accipiendo nummos in alia forma damnum ullum incurrere  
 non debet *l. 99. ff. d. solut: dict: Ordnung d. §. vid. Struv: d. Exerct:*  
*ib. 27.* Nec sufficit pecuniam in eadem quantitate & ejusdem generis,  
 sed etiam opus est juxta naturam mutui in eadem tam in trinseca  
 quam extrinseca bonitate, quâ data est, solvatur: *l. 3. d. reb: cred.* adeo-  
 que etiam non secundum solutionis tempus, sed secundum bonitatem  
 quæ fuit tempore contractus quò data est mutuo pecunia, resti-  
 tuenda. Ex quibus omnibus fluit, Regulam de qua loquimur, *Aliud*  
*pro alio invito creditori solvi non possè;* de mutuo sc: credito strictè ac-  
 cepto intelligendam; cum aliàs creditum latè acceptum consistat etiam  
 extra eas res, quæ pondere numero & mensura continentur; veluti si  
 eandem rem recepturi sumus, vel si etiam nihil proficiscatur, ut si post  
 nuptias dos promittatur *l. 2. §. 3. d. reb: cred:* Hinc etiam differentia  
 est inter solutionem & restitutionem: Solvi dicitur illud, quod nur-  
 quam in specie fuit datum; Restitui illud, quando idem corpus in  
 individuo quod fuit habitum restituitur, ubi notat *Jason ad l. 2. §. 2. & per*  
*solutionem, d. reb. cred.* atq; confirmat per *l. 38. §. 4. d. usur.* Sicuti nunc  
 aliud



Aliud pro alio invito creditori solvi non potest; sic aliud pro alio non  
 solum volente eō, quō debitor non quidem ipso iure, sed ope excep-  
 tionis liberatur l. 14 §. 5 ff. d. V. O. l. 36 ff. d. pacti: *Bart. ibid.*; Sed etiam  
 eō invito pluribus in iure casibus rectē solvitur; imō rei æstimatio-  
 nem & creditori petere, & debitori solvere licet *auth. Hoc nisi C. d.*  
*solut.* Quorum præter illum nostrā lege propositum, novendecim  
 à *Jasone ad l. 2 §. 1 d. reb. cred.* enumerantur: qui oriuntur ex causa ne-  
 cessitatis si res debita amplius non reperitur; & hoc vel ob moram,  
 vel ob contumaciam, vel ob culpam debitoris. Hinc 1. casus est in  
*l. si servum 91 pr. & §. ult. ff. d. V. O.* aut si res s. species adhuc quidem  
 existet, sed præstari nequit, ut (2) in *l. non amplius 26 §. ult. cum seqq.*  
*C. d. legat. 1. l. Non dubium 14. §. ult. d. leg. 3. (3) l. si domus 71. §. si quis*  
*constitatur ibid. (4.) l. similes 6 §. 1 ff. d. R. lud. l. si verò 64. ff. §. 8. &*  
*ult. soluto matr. (5) in l. Naturalis §. 1 d. præscripti: l. 1 §. d. permut.*  
 qui textus loquuntur de contractibus innominatis, in quibus debi-  
 tor solvendo id quod interest, liberatur, nec præcisè ad dandum rem  
 promissam tenetur: rationem dat *Bartol. ad l. stipulationes non di-*  
*viduntur 72. ff. d. V. O. n. 14.* quod, sicut dicti contractus sint debiles  
 in contrahendo obligationem, sic in contracta exequenda. (6) in  
*l. nn. C. d. arg. pret. quod thes.* quod autem hoc casu aliud pro alio non  
 solvatur, ex præcedentibus clarum (7) *l. Nec usus, nec ususfr. 1. pr. d.*  
*usu & usufr. leg. (8. & 9.) l. 25. ff. d. V. S. ad quem textum gloss. inquit,*  
*singulare est quod si frater habeat libros quos tenetur conferre, possit in-*  
*visis fratribus solvere æstimationem & arg. l. filia cuius 18. C. famil.*  
*ar. eis:* Quod tamen non speciale est in libris sed in alia quâcunque  
 re procedit, uti probatur per *l. 1. §. sed & si fortè 12. ff. d. collat. (10) l. 2.*  
*§. locum 8. ff. d. Relig. & sumpt. (11) l. si Titio 22. ff. d. pign.* ubi notandum,  
 quod d. l. non probet, pignore aliquo promisso, aliud æque bonum  
 invito creditori dari posse: cum nec alius fidejussor pro fidejussore  
 constitui possit *arg. l. quia 14. §. si qui certum 2. d. consti. pecun. (12) in l.*  
*stipulationes non dividuntur 72. pr. d. V. O. (13) casus, quo aliud pro alio*  
 invito creditori solveretur est, quando creditor fructus ex re secun-  
 dum pactum antichreseos sibi oppignoratâ perceptos apud se con-  
 servasset & velle restituere debitori, suamque pecuniam repetere;  
 tunc non auditur, sed fructus cum usuris compensandi, & qui legiti-  
 mum usurarum modum, cæteris paribus, excedunt, sorti imputandi

sunt

Luna arg. l. 14 l. 7 (C. d. usur. (14) Calus quem notat Bald. ad rubr. C.  
 d. contrahend. vend. in pr. quando aliquis mandato meo sed pecunia sua  
 emit fundum, fructusq; percipit: illi fructus postea sorti sunt impu-  
 tandi, & ego accipio fundum absque pecunia (15) quo fidejussor sa-  
 tisfacere compellitur arg. aub. presente tamen utroque C. d. fidejuss. &  
 mand. (16) quando pro certa mensura vini quibusdam ex fratribus  
 selectis, illis ab hæredibus vinea datur unde illam percipere possint  
 uti notat Bald. arg. l. si quis argentum 35. in f. pr. C. d. donat. (17) l. Mar-  
 cellus 3 §. res qua 3 ff. ad SCim Trebell. (18) l. si quis domum 9 ff. locat.  
 conduct. (19) quo deponens s. commodans invitus cogitur pretium  
 deteriorationis accipere l. 3 §. si reddita 1 ff. commod. l. 1 §. si res 16 ff.  
 deposit. arg. l. & eleganter 7 §. non solum 3. d. dolo malo. Quibus casibus  
 debitores quidem satisfaciunt creditoribus: interim tamen aliud pro  
 alio invito creditori solvitur l. 1 §. an potest aliud constitui, 5. d. const.  
 pec. l. item liberatur 6 §. qui paratus est 1 ff. q. m. pign. v. hypoth.  
 Ex dictis autem quam facillimè colligitur neque rō aliud, neque rō  
 solvere uno eodemque modo sumi. Nam 1. dicitur aliud specie,  
 ut fundus pro nummis vel alio fundo l. 10. l. 16. l. 17 l. 24. C. l. 46 ff. d. sol.  
 2. Formā, ut si pro nummis certæ formæ alterius formæ dentur l. 99.  
 d. r. 3. Accidentibus ut si res aliena vel alteri obligata præstetur l. 20.  
 l. 26. l. 38 §. 3. & l. 98. eod. Factum quoque aliud dicitur; quando vel  
 diversum est d. l. 98. §. 6. vel quod ab alio cujus industria non est ele-  
 cta præstatur l. 31. d. r. d. solut. Solvere itidem sumitur, vel latè, vel  
 strictè vel strictissime: hoc, pro nummorum numeratione l. 94. d. so-  
 lut. Latè solvere significat quocunque modo satisfacere; sive re-  
 presentativè solvere, quando scil. creditori aliud pro alio solvitur  
 quod dicitur satisfacere. l. 49. d. solut. l. 5. §. 3. ff. d. V. O. Strictè verò &  
 propriè solvere significat, rem ejusdem generis & quantitatis resti-  
 tuere sicuti solutio propriè dicta est; realis ejus quod debetur præsta-  
 tio l. pen. d. solut. Satisfacere contra est, quocunque modo se à de-  
 bito liberare, s. aliā re pro aliā data sive æstimatione præstita dd. sext.  
 Quæ ubi admittitur, temporis, loci, & ejus, quod in contractu de re  
 restituenda expressum sit, ratio habenda est. l. vinum quod 22. ff. d. reb.  
 cred. adde Serv. d. Exerc. XVI. th. 36. Denique solvere etiam signifi-  
 cat dissolvere ipsam obligationem: quemadmodum omnis liberatio

ex

ex quacunque causa descendens dici potest solutio d. l. 45. d. solut. junct. l. 176. d. V. S. vid. Bach. ad pr. l. q. m. coll. oblig. n. 2.

## XIIII.

III. Regu-  
la

Tertia regula, quæ ad textus nostros notatur, est:

*Prior qui est tempore, potior est jure.*

*l. qui balneum 9. pr. l. potior 11. pr. §. 1. ff. q. pot. in pign. l. si fundum 4. C. eod. l. distractionis 12. cum seqq. C. d. pign. c. qui prior 54. d. R. 7. lib. 6. Prioritas ratione hypothecarum, in quibus maximè spectatur est triplex. 1. Causæ l. crediti ob quod hypotheca constituta est: 2. Modi, quò hypotheca constituta: 3. Temporis, & hæc in hypothecis quæ pari jure gaudent maxime spectatur, in illisque præprimis nostra obtinet regula; qui prior est tempore potior est jure. ad. text. & l. 2. l. 4. l. 7. l. 8. C. q. pot. in pig. De duabus prioribus speciebus occasionem dicendi textus propositi non dabunt: ultimæ autem quando fit mentio, illa non ex dierum tantum & mensium; sed etiam ex horarum & momentorum intervallis æstimanda & ab allegantibus probanda; uti sentit Bald; ad l. de rebus 13. C. d. donat. ante nupt. n. 2. ac Bar; dissentire videtur ad eundem text; inquiring. Si constat possessorem causam habere à debitore tunc eum non debere aliud probare, nisi rem fuisse sibi prius obligatam, quam possessori traderet. Quæ verba, cum potius à nobis dicta probent, quàm eis contrarietur; sic etiam ostendunt illum tempore priorem esse, cui prius hypotheca est constituta; licet posteriori sit tradita l. 12. §. ff. q. pot. in pig. & hypoth. Quinon obstat l. 15. C. d. R. C. quia à traditione rei venditæ, ad traditionem pignoris nulla est consequentia, ut quæ is cui prior res vendita & tradita est l. emptor, etiam fit dominus; quod posteriori casu secus est arg. l. 20. C. d. pact. §. vendita res & tradita 41. 7. d. R. D. pr. d. Empt. & vend. eod. Nec prior est in pignore qui prius credidit pecuniam hypothecam verò non accepit; cum mutui datio & hypothecæ constitutio ad prioritatem simul requirantur l. 11. pr. q. pot. in pign. Prior verò in pignore etiam is intelligitur, qui in locum prioris creditoris successit, debitam ei solvendo pecuniam l. pen. C. d. his qui in prior. ered. l. 22. C. d. pign. licet hoc fiat invito creditore; ut cum obtulisset, isque accipere nolisset, eam obsignavit & deposuit nec in usus convertit suos l. 1. C. q. pot. in pign. aut etiam invito debitore l. 12. §. 6.*


§. 6. ff. q. pot. in pign: ita ut etiam hoc modo in jus quod Respublica in pignore habet; succedere possit l. ult. C. de his q. in prior; cred: loc: suc: Non autem omnino hos succedere in locum hypothecarii creditoris, quorum pecunia ad creditores transit; neque sub hoc pacto credidisse, ut idem pignus eis obligetur & in locum ejus succedant, patet ex l. 1. C. d. r. & uti notat Peret: adh. l. Illa quæ de successione antea dicta, in debitore hypothecario; non verò in chirographario procedunt, & ubi distractionis est periculum. In pignore non interest ut prior loco posteriori præferatur an voluntarium sive conventionale l. 6. ff. q. pot. in pign. idque vel purè vel sub conditione constitutum l. 11. §. 1. l. 12. §. 2. q. pot. in pign: an necessarium; hocque vel prætorium vel judiciale l. 1. d. r. In hoc posteriori, ut ex causa judicati quis præferatur tria observanda. 1. requiritur, ut sit jure judicatum l. 10. ff. eod: tit: junct: 58. d. Re jud: 2. ut pignus jussu ejus sit decretum, cui jus jubendi est pignoris: d. r. & l. 1. C. si in caus: jud: pign: capt: 3. denique ut ejusmodi pignus non solum sit jure judicatum sed à creditore ceptum ac possessum. d. l. 10. qui pot: in pign: In prætorio verò non obtinet inter illos, qui diverso tempore in possessionem missi sunt. l. 15. §. 15. 17. d. damn: inf. licet illud conventionali cæterisque pignoribus præferatur. l. 3. C. qui pot: in pign: Porro non interest an hypotheca sit specialis an generalis, sed qui prior est tempore potior est jure: ita tamen, ut creditor priorem habens hypothecam specialem, non nisi speciali suo pignori inniti, generalem verò habens, quaslibet res persequi possit, & prior sit alterò etiam in rebus specialiter ipsi postea obligatis l. 2. ff. q. pot: in pign: l. 6. C. eod. Denique hæc nostra regula obtinet in hypotheca tam tacita s: legali, quam expressa l. 4. C. q. pot: sunt pign: l. un. C. rei alien: gerend: l. un. C. d. privit: dot: ita ut nec Fiscus expressam habens hypothecam, cæteris qui priorem, licet tacitam habeant, præferatur. l. si pignus 8 ff. q. pot: in pign:

Quoad jus canonicum hac regula obtinet eò casu: quo unus primò impetravit beneficium in Ecclesia, alius secundò; & hic primò literas suas præsentavit; nihilominus tamen prior debet esse potior: quia, qui prior est tempore impetrationis, potior est in jure beneficium consequendi c. si prote etiam 13. c. tibi qui gratiam 12. d. rescrip: lib: 6. Ne autem d. c. si prote 13. eum c. duobus 14. eod. ob stare videatur, cum Dyno adhanc regulam in c. qui prior 54. d. R. 7. l. 6. distinguendum;


guendum; quòd utraqùe impetratio sit simplex; aut una tantum simplex, altera conditionalis; si scilicet: ei Episcopi ac capituli consensus accesserit. Primo casu iterum distinguendum, aut apparet de ordine impetrationis aut non: si apparet, ille præfertur qui primò impetravit *d. c. ubi qui gratiam* 12. Si de ordine non apparet subdistinguendum; aut mandavit uni provideri & alteri canonicatum concessit; aut canonicatum concessit utrique, aut neutri. Primo casu præfertur is, cui concessit; alterò is, cui primò præstavit; qui si in præsentatione concurrant, ille præfertur quem eligere voluerunt illi, vel major pars illorum ad quos canonicorum receptio vel præbendarum collectio spectat ut *ex d. e. duobus* 14. patet. Si verò prima impetratio sit conditionalis, secunda simplex, & hæc fiat ante existentiam conditionis, conditionali præfertur *d. c. pro te*. Nec hinc obstat *l. Necessario* 8 ff. *d. pericl. & commd. rei vend.* quia non est in potestate purè contrahentis revocare contractum conditionalem, sed ejus eventum expectare debet. Nostro verò casu Summus Pontifex poterat primam conditionem revocare; sicque multò magis per secundam puram priori conditionali derogare. quod confirmatur præter *d. c. per l. 1. l. qui balneum* 9. pr. & *§. 1. l. qui potior in pign.* 11. ff. *q. pot. in pign.* Tandem & regulam nostram in albo decurionum & consulum habere locum patet ex *l. 1. ff. d. alb. scribend.* 1. 1. l. 2. l. 3. *C. d. Consul.* qui enim, cæteris paribus; prior est tempore, potior est in jure ferendarum sententiarum & Electionum faciendarum.

Exceptiones, quas DYNUS ad hanc notat regulam, commodius ad priores prioritatis species referendæ, quam casus citra necessitatem confundendi: De quibus, ut privilegiatis actionibus in personam, quæ potiùs ex causis quam ex tempore æstimandæ: *l. privilegia* 12. ff. *d. reb. ancl. jud. poss.* Sicut hæc vice plura aptè dici non possunt: sic in præsentiarum D. O. M. pro præsentia auxilio, omnibusque in actionibus nostris largitâ gratiâ, debitas reddimus victimas, quas mente concipere possumus maximas.

F I N I S.














the scale towards document

perpetuum, ne ludis equëstribus variis  
que reficerentur animi nobilium. summa,  
captiuitas Richardi reuelo Austriaco, e Syria reuersus, diu  
r. Non est huius loci, pluribus inuasagiis, siue bellis contra Saracens  
spectauerint pontifices, quem sibi imposuerint, quo animo tanta homi-  
castra secuta sit. Id excusatius fei ad liberationem regis vsque, si ad  
publicæ, si ad proximum annum, canonicum, prohibita fuissent tor-  
od iuniores ab his abstinere omni r, id prudentiæ militari, ac volun-  
duersatur, quando eos in Palæsti- fortiter ibidem agant. Vnde au-  
tem vis, quam a palæstra militari? mens erat Coelestino, nec tam pro-  
qui non tam promptos ad proelia. bsequia sua pronos reddere stude-  
Neubrigensis iterum : *considerans* *ibid.*  
*, Reichardus, Gallos in conflictibus* P. m. 453.  
*, quanto exercitatiores atque in- que regni milites in propriis finibus*  
*ex bellorum solenni preludio, vero- rtem usumque bellorum, nec insul-*  
*militibus, tanquam rudibus & igna- recitasset canonem Lateranensis*  
*orneamenta, addit: feruor tamen fauore principum, qui probatos*  
*res, ecclesiastica prouisionis decre- ms: spreuit.*

§. IV.